

ditur, sed caufatur, quando Miffa exiit. Unde non potest pro Miffa praeterita fipendium accipi. Nec potest Miffa applicari pro eo, qui primus est daturus fipendium; quia pro fructu fatisfactionis requiritur indigentia actualis, nec fit folutio pro rena jam non debita: & licet fructus impetrationis poffit esse pro beneficio, & auxilio futuro, non proinde potest Sacerdos hunc fructum applicare pro eo, qui primus fipendium dederit, quia fideles praefumantur in gratia, adeoque utrumque fructum percipere velle; fupplicatio tamen fua conditione jam impleta valet.

241 Miffa, fi non applicetur, vel applicetur incapaci fructus, manet in thefauro Ecclefiae, vel cedit ipfi Sacerdoti, vel illis, pro quibus tenetur fpecialiter offerre, quia ita implete intendit cedere, Baſem.

242 Miffa de feſto duplici celebrata five ex obligatione, five ex devotione in Altari, perpetuo, aut ad tempus privilegiato pro defunctis, fufragatur animabus eorum, ac fi eſſet de Requiem, & juxta formam Privilegii, ex Decr. Clem. IX. die 23. Sept. 1669. & n. 244.

### Q U E R E S I.

243 *An die defunctorum poſſit Sacerdos applicare Miſſam pro particulari defuncto?*

Aſſeruat Tamb. in *Meth. cel. Miſſ. lib. 3. c. 3. §. 1. n. 9.* quia onus non eſt imponendum, niſi clare de eo conſtet. Concedit tamen quod poſſit applicare pro omnibus, ſed ad id non tenetur.

Negat Fraxinellus, & Gavantus ex conſuetudine univerſali Sacerdotum applicantium eo die pro omnibus, particularibus obligationibus poſtpositis, inimica intentioni Ecclefiae, quae eo die praefcribit in Miſſa orationem generalem; quae conſuetudo & intentio eſt communiter recepta tanquam obligatoria, & praevalet intentioni particulari teſtatoris.

Ratio, quae movent, eſt, quia fi talis conſuetudo, & intentio Ecclefiae non eſſet obligatoria, Sacerdos eo die acceptans fipendium manuale a petente Miſſam pro particulari defuncto, non poſſet ex ſua libertate applicare pro omnibus, ſed peccaret mortaliter ſic applicando; quod opinio oppoſita non concedat, cum dicat, Sacerdotem non obligari, ſed poſſe applicare pro omnibus, particularibus obligationibus poſtpositis. Sequela probatur, quia non poſſet excuſari ex praefumpta mente petentis, ſicut excuſari Capellanus ex praefumpta mente fundatoris; nam qui dedit fipendium manuale, expreſſe petit Miſſam pro particulari defuncto, ut ſup-

ponitur: ac proinde ſi eo die non eſſet prohibita, ſed permiſſa applicatio pro particulari defuncto, non ſatisfaceret applicando pro omnibus, ſicut non ſatisfacit ſua obligationi Sacerdos, ſi die ſemiduplici, quo eſt permiſſa Miſſa de Requiem, dicat Miſſam de feſto expoſcenti Miſſam de Requiem.

Dicit ergo debet, quod in tantum ſatisfacit, applicando Miſſam pro omnibus, in quantum eo die habetur praecipuum in ipſa conſuetudine & intentione Ecclefiae fundatum, prohibens applicationem pro uno, & obligans ad applicationem pro omnibus, quodque praevalet intentioni particulari petentis pro uno.

Sicut pariter obligatus ad dicendum Miſſam de Requiem, ſatisfacit in feſto duplici, dicendo Miſſam de feſto, quia ad eſt praecipuum Alexandri VII. prohibens die dupl. ci Miſſam de Requiem, & obligans ad ſatisfaciendum eo die per Miſſam de feſto; quod non eſſet verum, ſi die duplici eſſet permiſſa, & non prohibita Miſſa de Requiem.

Quae opinio eſt magis pia; & non enim videtur denegandum hoc uno die anni cunctis Animabus lacrum Convivium.

Ceterum Innoc. XI. favere videtur opinioni affirmativae.

Nam ad petitionem Regis Cath. pro Regnis eidem Regi Cath. ſubiectis, omnibus Chriſti fidelibus conſeſis, & ſacra Euchariftia reſeſtis, qui a primis Veſperis Commemorationis omnium Defunctorum uſque ad occaſum ſolis diei frequentis, propria Parochiale Miffam viſitaverint, ubique, ut moris eſt, oraverint, conceſſit perpetuo Indulgentiam plenariam, & remiſſionem omnium peccatorum, quam indulgentiam applicare poſſint pro defunctis pro modo ſuffragii.

Item idem Innoc. XI. conceſſit omnibus Sacerdotibus, tam ſecularibus, quam Regularibus cuſque ordine, &c. eodem die Commemorationis, ut ſupra, in quocunque Altari celebrantibus, liberationem anime, & pro qua ſacrificium offerent, ac ſi in Altari privilegiato celebrarent. Et hoc ex Diplomate Apoſt. die 30. Sept. 1679. executorato in hoc Regno, die 26. Octobris ejuſdem anni.

Ubi Pontifex ſupponit, Miſſam applicari poſſe pro particulari defuncto.

DE

### DE QUALITATE MISSAE.

244 **I**n feſtis duplicibus, & diebus Dominicis non poſſunt celebrari Miſſae privatae de Requiem, & Sacerdos obligatus ad dicendam Miſſam de Requiem, occurrente feſto duplici, aut Dominica, non debet Miſſam diſſerre, ne ſe diſſerat anima ſuffragium; ſed dicere debet de feſto, applicando ſacrificium anime, ex Decr. praecipuo Alex. VII. die 4. Auguſti 1662. Ratio ex Scoto quolib. 20. §. De tertio S. eſt, quia Sacerdos non obligatur ad inconvenientem; ſed eius obligatio debet intelligi ſecundum rationem bil. n. conſuetudinem Eccleſiarum, & ſecundum Rubricas generales. Non prohibentur autem Miſſae ſolemnes aut anniversariae de Requiem cum cantu, etiam ſi dies anniversaria incidat in feſtum ritus duplicis majoris, ex Decr. Alex. VII. 22. Jan. 1667. & Clem. IX. cit. ut ſequitur.

### CLEMENS PAPA NONUS.

245 **C**um Felicitas Record. Alexan. Papa VII. praedeceſſor noſter doctus in diverſis Mundi partibus, occasione Decreti Congregationis tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepoſitorum, die 4. Auguſti 1662. emanatis, & ab ipſo Alexandro Praedeceſſore approbatis, de non celebrandis Miſſis defunctorum in feſtis ritus duplicibus, exorta diſſerere cupiens, aliud ejuſdem Congreg. Decretum in una Novarienſi die 22. Nov. 1664. editum approbaverit, quo declaratum fuerat, Anniversaria, & Miſſas defunctorum cum cantu ex diſpoſitione Teſtatorum quatuorſis recurrente ipſorum obitus die celebrandas, tamenſi dies obitus huiusmodi in feſtum ritus duplicis majoris incidere, & non comprehendi in dicto primo Decreto. Ac ulterius, quod Altaria privilegiata privilegio Apoſtolicum pro animabus Fidelium defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie etiam in feſtis ritus duplicis celebranda eſſent Miſſae defunctorum ex obligatione, declaravit per celebrationem Miſſarum de feſto currenti ſatisfacere inſiſtendis obligationibus, & Indulgentias per ejuſmodi privilegia Apoſtolicas conceſſas, Animabus Fidelium defunctorum in Purgatorio exiſtentibus ſuffragari, perinde ac ſi celebratae fuſſent Miſſae defunctorum ad formam dictorum privilegiorum, & alias prout in ejuſdem Alex. Praedeceſſoris litteris deſuper loci, ad id tamen non tenetur, quia poſſet ſui loci conſuetudines ſequi.

plene, & ſufficienter expreſſo, & inferno haberi volumus, uberius continetur.  
246 Curque (ſicut ad aures noſtras pervenit) etiam dubitetur, utrum dictarum litterarum diſpoſitio, quoad Altaria pariter quidem privilegiata, ſed non in perpetuum, & nec pro omnibus hebdomadae diebus, & ad quae Miſſa non ex obligatione, ſed ex ſolae ſidelium devotione celebrantur, locum habeat: Hinc eſt, quod nos dubitationes huiusmodi ex injuncta nobis ceteris Paſtoribus ſolicitudinis munere diſcernere pariter, acutè decidere cupientes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium ſacris Ritibus praepoſitorum, qui rem mature perpendunt, conſilio, declarationem a memorato Alexandro Praedeceſſore, ſicut praemittitur editam, ad Altaria, ut praefertur, non in perpetuum; ſed ad ſeptimum; ſeu aliud brevius, vel longius tempus, ac non omnibus, ſed aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadae diebus nunc, & in futurum quoadcunque privilegiata, & auctoritate Apoſtolica tenore praefentium extendimus.

Et proinde, ut Miſſae, quae ibidem de feſto currenti, in quo Miſſae defunctorum celebrari non poſſent, five ex obligatione, five ex ſolae ſidelium devotione celebrantur, ſuffragentur, ita ut animae Chriſti Fidelium, pro quibus celebratae fuerint, Indulgentias per Privilegia huiusmodi conceſſas confequantur in omnibus, & per omnia, & in ſingulis partibus, & in ſingulis locis, eorumdem Privilegiorum celebratae fuſſent, & auctoritate, & tenore praedictis concedimus, & indulgentias, Decretentes, eaſdem praefentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaciæ eſſentiae, & fore, fuſtoſque plenarias, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſubſiſtunt, in omnibus, & per omnia privilegia ſuffragari, & ab eis reſpective invocari libenter obſervari, &c. Datum Romae die 23. Septembris 1669.

Ex eo fit, quod in promiſſione etiam jurata, quae Sacerdos ſe obligat offerenti ſtipendium ad dicendam Miſſam votivas, aut de Requiem, includatur tacita mentio: *Salvo Ritu, & Rubricis*.

247 Sacerdos Ritus non Romani, ſi tranſeat per territorium, ſeu locum Ritus Romani, poſteſt, tam quoad Miſſam, quam quoad Officium, ei ſe conformare, quia poſſet peregrinus ſe accommodare legibus, & conſuetudinibus loci; ad id tamen non tenetur, quia poſſet ſui loci conſuetudines ſequi.

Rt. 4. Idem

Idem dicitur de Sacerdote Ritus Romani, si transeat per territorium Ritus non Romani. Qui tamen, si in eo loco fit Ecclesia Ritus Romani, & in ea celebrat, debet celebrare cum Missali Romano, quia est membrum talis Ritus.

Si vero Sacerdos transeat per territorium Ritus Romani, aut ibi commoretur, tunc fit reperiatur in Ecclesia non Ritus Romani, v. gr. in Ecclesia Carmelitana, & ibi non fit Missale Romanum, si aliqua necessitas non urgeat, debet celebrando abstinere. Si autem id advertat post Missam acceptam, tunc ad vitandam adulationem admirationem expedit, ut prosequatur cum Missali non Romano, Tamb. lib. 2. c. 5. §. 2. à n. 14. in meth. cel. Miss.

### QUERES I.

266 An obligatus celebrare Missas: D. Gregorius possit, occurrente festo duplice, ne illas intermitat, dicere Missam de Requiem.

Sciendum est D. Greg. lib. 4. Dial. c. 55. præcepisse Abbatii Pretioso, ut pro quodam defuncto Monacho curaret celebrari Missas triginta, ut sequitur. *Vade ab hodierna die diebus viginti continuis, offerre pro eo sacrificium: stude, ut nullus omnino prætermittatur dies, quo pro absolutione illius, hostia salutatis non offeratur.* Hinc fideles solent pro suis defunctis kiniles Missas curare. Quo præmissis,

Resp. non posse dicere Missam de Requiem: satisfacere tamen celebrando, & applicando Missam currentem pro defuncto, Rodr. tom. 2. p. 43. art. 10. Probatur 1. ex Decr. adductis Alex. VII. & Clem. IX. 2. Ex verbis D. Greg. quibus præcipit, ut offeratur pro defuncto sacrificium, minime ut dicatur Missa de Requiem, Tamb. cit. l. 2. c. 6. §. 7. qui advertit has Missas non esse prohibitas, sed solum quædam alias pro vivis, & defunctis, quæ falso Divo Gregor. imputantur.

Ex eisdem verbis liquet non requiri, quod dicantur omnes 30. Missæ per eundem Sacerdotem, quia non dicitur: *Vade offerre pro te.*

Item per triduum majoris hebdomadæ non discontinguntur hujusmodi Missæ; quia ex ipsa consuetudine Ecclesiæ tres illi dies non sunt dies Missarum. Imo Rodrig. citat. addit, hujusmodi continuationem non adeo obligare, quin ob decentiam, honestatem, & reverentiam Sacramenti, aliquando prætermitti possit.

### QUERES II.

257 Quando licite dici possit Missa votiva? Respondet, prohibendum esse regulariter Missas votivas dicere, aut pro defunctis, in diebus Dominicis, festis duplicibus, & infra octavas privilegiatas Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, Corporis Christi, feria quarta Cinerum, in Majori Hebdomada, & in vigiliis Natalis Domini, ac Pentecostes; imo pro infra octavam Corporis Christi adesset speciale Decr. S. C. R. 21. Junii 1670.

Dixi, regulariter: quia ob graves causas licet celebrare Missas votivas in diebus Dominicis, & festis duplicibus, exceptis festis majoribus Paschatis, Ascensionis, & similibus. Graves casus sunt necessitas pluvie, belli, aut cuiuslibet mali communis, & quilibet necessitas bonum commune respiciens. Huc reducuntur expolitio Sanctissimi; tam in diebus bacchanaliis, quam in oratione 40. horarum, solus Summi Pontificis, Episcopi, aut magni Principis periclitantis, Comitia Regularium, tam Generalia, quam Provincialia, & Gratiarum actiones pro gratia communi, quoniam spectant ad bonum commune; & sicut pro hujusmodi potest institui Processio, ita & Missa.

Qui caret Missa propria, non debet sacrificium omittere, sed potest recitare de communis, aut votivam.

### QUERES III.

258 Sacerdos lusus non valet recitare Missam currentem, An possit in festis duplicibus, & Dominicis, in feris, & octavis privilegiatis ex devotione dicere Missam de Requiem, aut votivam de Beatissima Virgine, quas facilius recitare valet?

Resp. posse aliquando, puta quater, aut sexies in anno, præsertim in privata, seu remota Capella; minime sæpe, sine speciali dispensatione à S. R. C. obtinenda. Idque ratio epikejæ; quia, instante Sacre rotis impotentia, non potest de Sanctæ Matris Ecclesiæ pietate præsumi, quod eum velit tanto privilegio, & auxilio spirituali, quantum ex sacrificio Sacerdoti provenit, omnino spoliare.

Mihi faver Tamb. cit. §. 1. n. 12. qui ait se permississe Archiepiscopo Montis Regalis D. Joannem de Torrilegia ob infirmitatem duo pedibus stare non valenti, die Dominica Palmatum, & duobus aliis diebus in suo Oratorio privato dicere Missam votivam de Passione, quæ est brevior currente, in qua legitur Passio. Eius ratio, quia devotio dat rationabilem causam, & Missa votiva de Passione congruit temporis.

### QUERES IV.

### QUERES IV.

249 An solum id possit semper Sacerdos lusus passim non habens unde vivere, nisi accipiat stipendium, & celebret?

Resp. necessitatem solum ei permittere potest, quæ ut id faciat aliquando per alias vias, quam si ob meram devotionem, & contenticæ ipsa petente, minime, ut id faciat semper, aut sæpe; necessitas enim, & pariter devotio solum dat causam petendi, & facilius obtinendi dispensationem; non dat autem libertatem Rubricæ generalis propria autoritate perveniendi, ut ex similibus constat.

### QUERES V.

250 An peccet, qui sine causa in festis duplicibus Missam votivam, aut de Requiem recitat? Dicitur, ut Missæ in addit. 7. & Suarez tenent inagatio, quam habet Sacerdos ad se conformandum Rubricis in recitando Officio, ac in recitanda Missa.

Respondet peccare; regulariter tamen id non esse mortale, saltem in Missis privatis, sed veniale, Tamb. cit. n. 6. Bonac. & alii. Non est mortale, quia in Rubricis id non exprimitur. Est veniale, quia turbationem, & inversionem boni ordinis causat, & loquendo de Missis de Requiem, Alex. VII. cit. n. 244. districte præcipit sicilicet Rubricam servari, & transgressores tam Sæculares, quam Regulares ab Ordinariis pro modo culpæ puniri.

Dixi, regulariter: nam ex circumstantia gravis potest esse mortale; tale erit, si fiat ex contemptu Rubricarum; ex animo inducendi novum Ritum; si fiat semper, tunc enim præsumeretur contemptus, aut si in die Paschatis quis celebraret de Requiem; quod esset in injuriam solemnitatis.

Hinc die Paschatis, Natalis, & similibus solemnitatis, canari non potest Missa de Requiem etiam præsentem defuncto; imo officium sepulture in sequentem diem transferri debet, Tambur. ait, post Missam solemnem Sabbati Sancti dici posse Missam de Requiem de die obitus, quia ex illa solemnitas festi est die Paschatis, ad summum etiam tempore Missæ Sabbati. Anniversaria solemnia incidentia in hujusmodi festis solemnioribus transferri debent, Gavanti. p. 2. tit. 5. n. 2. lit. K.

Dices, mortale est non aliter addere vel demerere orationes Missæ, igitur

Resp. Tamb. cit. n. 7. disparitatem esse: quia id sapit mutationem ritus, adeoque est mortale, si non excuset parvitas materia: in varia-

tione autem Missæ non mutatur ritus, sed recitatur una Missa approbata pro alia approbata.

### QUERES VI.

251 Que Rubricæ Missali sunt directive, & que præceptivæ?

Vericelli tr. 8. q. 5. n. 222. ait, cum Egundez, solas illas Rubricas Missalis esse præceptivas, & obligare ad mortale, quæ spectant ad essentiam, aut quasi essentiam Sacrificii; cæteras vero esse consilia, & doctrinales instructiones. At

Resp. cum Marchino, quem sequitur Tambur. cit. c. 5. §. 1. omnes Rubricas esse directive, quarum alie sunt etiam præceptivæ, & illæ sunt, quæ continent aliquid, quod vel est alias esse jure aut legitima consuetudine sub mortali præcepto, vel quod ipsæ Rubricæ respective sub mortali præcipiunt. In quibus est respective attendenda gravitas, vel levitas materiae, ac inadvertentia.

Hinc ait (Tamb.) Rubricæ de jejunio, de integritate Sacrificii, de præmittenda confessione, de loco celebrandi, de ara consecrata, de vestimentis, & instrumentis sacris, de materia sacramenti, & similibus, sunt præceptivæ, quia vel à jure naturali, vel Divino, vel Ecclesiastico præcipiuntur. Contra Rubricæ de ordine ante, vel post Missam, de numero orationum, de servando officio primo, vel secundæ classis, & similibus, sunt directive sine onere peccati mortalis, qui à nullo jure præcipiuntur. Harum autem transgressio mortalis esset, si fieret animo inducendi novum ritum vel cum scandalo, aut contemptu. Contemneretur, qui semper, aut ut plurimum illas non servat. Ita ille, Gav. p. 2. in appendice post. tit. 10.

### DE STIPENDIO.

252 Stipendium non accipitur ut pretium sanctus spiritualis Missæ, nec ut pretium laboris intrinseci, qualis est ille, sine quo Missa rite dici non potest, ut est labor inducendus sacris vestibus, aut in recitanda Missa longioris; quia sic committeretur simonia: sed jure accipitur, vel ut pretium silentationis ipsius Sacerdotis, juxta illud: *Qui Altari servit, de Altari & vivat*: v. tom. 1. de officio, vero octavo, ratione promissionis; vel ut pretium laboris extrinseci, qui suscipitur propter circumstantias extrinsecas, ut est obligatio celebrandi in loco distanti, tali tempore, &c. vel dicendi Missam solemnem, seu cantatam.

Imo pro hac posteriori, & similibus circumstantiis, jure exigere potest stipendium majus taxato.

Iustum stipendium dicitur, quod est à lege vel consuetudine in singulis respective Diocesis taxatum. Panonius est trium caroleno- rum.

253 Tamb. tenet, se posse accipere duplex stipendium. 1. Cum de Logo, unum pro presentia, alterum pro applicatione, si sibi constet presentem solum velle presentiam, & de converso, quia stipendium pro presentia accipitur pro labore extrinseco, pro tali loco, aut tempore, quo Missa sumitur celebranda. 2. Ratione dies festi; quia tunc unum accipit pro applicatione, alterum pro officiatu, quae in die festo magis exposcit, quam in feriato, quatenus tunc maiorem populi communitatem, & maior decus Ecclesiae, ac eius Recloribus consistit: cui omnino contradicit Diana. 3. Cum Lexana, pro Missa cantata, etiam replicatum stipendium iuxta mensuram laboris, ait, se accipere posse ratione officiatu, & laboris extrinseci. 4. Te posse accipere unum stipendium pro fructu imperationis, quem applicat Paulo ad aliquod beneficium obtinendum; alterum pro fructu satisfactionis, quem applicat Paulo pro peccata debita peccatis illius, si Petrus, & Paulus expresse consentiant, se velle solum unum fructum ex illis; quia ex una parte hi fructus sunt separabiles, & ex alia volentis, & consentientis nulla fit iniuria: Si vero id non explicit, aut ex aliqua circumstantia non colligatur, tunc docet iuxta Sacrae Congreg. decreta se non posse nisi unum stipendium accipere, quia utroque fructum acquirere volunt. Ita ille.

254 Sacerdos non potest satisfacere per alium, collato minori stipendio, nisi alius Sacerdos gratis, & libere partem illam cedat: v. tom. 1. prop. 9. & 10. ab Alex. VII. dam. Imo si elemosyna excedat consuetum stipendium, non potest excessum sibi retinere, ex decl. S. C. in Decr. de Celebr. Miss. ad nonum; nam id esset avaritiae, & mercaturae genus, tam sacro ministerio indignum.

Hoc autem Decret. solum habet locum in collatione elemosynae, quae est purum legatum, seu omnia Missarum, minime si sit fundatio in titulum Capellaniae, seu beneficii; tunc enim (in eadem Sac. Congr. declarat ad eadem) potest Rector Missam alteri committere, dando iustum stipendium, retento pro se excessu, quia in Capellania, & beneficio solent elemosyna superabundans assignari ob alios titulos, & alia onera, assentiente, servitii Ecclesiae, & in Capellani splendorem: v. num. 207.

Tamb. ait, se posse retinere excessum, si sibi constet, esse datum ob peculiariter respectum ad suam personam, quia est amicus, pauper benefactor, &c. quia tunc elemosyna non fit sua pro

Missae, de quo casu Sac. Congr. loquitur, sed ob alium titulum.

255 Praetera non prohibetur, quin Sacerdos, qui verb. grat. recepit viginti scuta pro viginti Missis, celebret ipse has Missas, retinendo totam elemosynam pinguem, & committat alteri Sacerdoti alias viginti, ad quas antea erat obligatus ex iusto stipendio, dando idem iustum stipendium, nisi fit expresse obligatus ad celebrandum eas per se ipsum, & non per alium.

Item S. C. ad septimum declarat, quod possit administrator Ecclesiae exigiam partem iusti stipendii retinere pro expensis necessariis ad Missas, dummodo Ecclesia alios non habeat redditus ad id sufficientes. Hinc Panonius retineri solent grana quinque pro Missa.

256 Sacerdos, qui bona fide accepit stipendium unica Missa satisfacere obligationi plurimum Missarum, & postea devenit in malam fidem, cognoscens suam opinionem esse damnatam per Decret. Urban. VIII. & S. Congr. tenetur Missas debere, aut stipendia restituere ex recepta, dummodo possit; quia ad impossibile nemo tenetur. Quod etiam in simili de Missis advenit Scotus quod l. 20. lit. T. vide num. 236.

257 Sacerdos recipit stipendium pro decem Missis cantatis, et votum, potius esse iustum stipendium, postea tamen veniens non esse iustum. An possit numerum Missarum mutare ad ratam iuxta consuetum, & iustum stipendium? Respondeo, monito illo, qui Missas petit, ne animae suffragis impervientur, vel etiam non monito, si ex iusta causa non potest, imo potest exigere in iudicio supplementum, Dian. p. 109. tr. 16. ref. 74. Donatus tom. 3. tract. 7. qu. 46. & 47. quia decreta obligantia Sacerdotem ad dandum tot Missas, quot ad rationem attribuitae elemosynae prescripserint, supponunt in Sacerdote acceptante scientiam tenuitatis stipendii, ut patet per illa verba: Sacerdotes accipientes stipendia minus congrua; & ex leg. Qui autem, §. Edictum, ff. in fraudem creditorum, Ignorantes fraudem non debent in damna esse.

258 Monasterium, si postquam celebravit centum, v. g. Missas ab herede, vel alio subcredito sibi commissas, pro recuperando stipendio aliquas expensas fecerit; tunc si postea iterum dato stipendio alias centum Missas committeret, posset damnum sibi illatum compensare, minuendo numerum Missarum iuxta ratam expensarum, P. y. tom. 3. cap. 2. n. 26. alias cum suis stipendis militaret. Idem aserit Bord. ref. 114. n. 114. si Monasterium

penas fecerit pro recuperando ab haeredibus annuus census; quia census ille datur pro sustentatione Sacerdotis, non pro litigando, & Monasterium se obligavit ad Missas sub determinato censu, non sub minori, ac proinde potest se indemnem servare.

Non obstat; quod Missarum diminutio sit relevata Papae; quia id est verum de diminutione, & quae fit per dispensationem; minime, quae fit per iustam compensationem; illa quidem fieri debet auctoritate Superioris, qui in casu est solus Papa, ad quem spectat restitutio; ad hanc sufficit iustitia episcopi, contra quem fit compensatio. Injustitia enim, seu iustitia commutativa laesa duos effectus essentialiter parit, unum in agente, & est omnis restitutio, alterum in patiente, & est jus compensationis, quando damnum sibi illatum, alia via sine notabili suo incommodo recuperare non potest; & Pontifices per tota Decreta Sacerdotes urgendo, volunt eos, damnum licet despecto, sancto zelo, ac splendore munire, minime sua iustitia expoliare, ac laicis peiores sentire, quam si iustitia expoliata, quatenus non liceat Sacerdoti, ut de Altari luxurietur, licet, ut de Altari recitatur: v. rom. 1. de furto, v. Compensatio, de prescriptione, ver. Contra onus Missarum.

Monasterium, perente totaliter censu sine sua culpa, non tenetur ad Missas, Donat. cit. quest. 60. quia Monasterium obligatur ad Missas propter beneficium, celsat obligatio ad officium.

259 Difficultas est, si census pro Missis legatus non poterit, sed sit diminutus.

Diminutio autem dupliciter contingere potest. 1. intrinsicce, quatenus fructus capitalium sunt diminuti in se, vel ex circumstantiis temporum, vel quia domus, ver. gr. est deteriorata, & ideo minus locatur. 2. extrinsecce, quatenus, licet fructus sint iidem, stipendium tamen ex lege, & consuetudine est auctum. Casu sic exposto,

Donatus tom. 4. tract. 7. quest. 59. & 62. negat, posse Monasterium pro rata minuire Missas in primo casu, concedit in secundo, quia in secundo habetur praesumpta mens testatoris, qui cum in principio Missam legaverit sub iusto stipendio tunc faceret majus, noluit Sacerdotem gravare, sed habuit respectum ad stipendium congruum; & consequenter praesumitur, quod si stipendium tunc fuisset majus, annuus legasset, adeoque quod consentit in diminutionem; & de contra praesumitur, quod aliquo Monasterium non consentisset in numerum Missarum.

Tambur. negat in utroque casu ob Decr. Sacr. Congr. quia facta hac petitione, Quid si legatum sit adeo tenue, ut non sit, qui velit unum illi immoventium subire, &c. Sacr. Congr. respondit:

Ad primum, & si legatum sit adeo tenue, nihil minus pro dicta reductione oneri ut supra immoventium ab eis, ad quos pertinet, Sedem distolitam adendum, &c. Et haec ratio Donati pro primo casu. Item facta hac alia petitione; Tertio, An cum Ordinarius prescripserit elemosynam congruam iuxta qualitates loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruum, teneantur Missas ab offerente prescripserit celebrare? Respondit eadem Sac. Congr. Ad tertium tenet.

Bord. ref. 25. quest. 26. numer. 37. Aversa Franc. Lugo, & Thomas Hur, affirmant, posse in utroque casu. 1. ratione Donati, quia utuntur pro utroque casu. 2. Quia licet habeat totum ad totum, ita pars ad partem: adeoque si perente toto censu, cessat obligatio in totum; ita cessat in parte, si fiat diminutio census. 2. Quia contractus inter testatorem, & Monasterium, est contractus iustitiae, quo ille tenetur ad stipendium, hoc ad Missas; unde licet in aliis contractibus debitor servetur indemnis, ut patet in contractibus locationis, in quo non tenetur conductor ad integram pensionem agri, quando ob grandes alluviones, aut similes casus fortuitos praedia conducta remanent sterilia; ita nec in casu Sacerdos tenetur ad omnes Missas; sed potest minuire pro rata.

Ad Decreta Sac. Congr. respondent, ea locum de stipendio tenui scienter acceptato, & patet de stipendio incongruo scienter acceptato post congruum taxam ab Ordinario factam, quia stante Sacerdotis expresse consensu, nulla est iniuria; minime de stipendio ab initio iusto & congruo, facto postea incongruo intrinsicce, aut extrinsecce, ut supra. Ita dicuntur praefati Doctores, quos sufficit restituere.

260 Si testator non prescripserit numerum, haeres non potest illum ad sui liberatorem praefibere, sed iuxta solitam taxam, ex Decl. S. C. Ad quintum.

### Q U E R E S I.

261 Sacerdos obligatur quovis die ex stipendio ad celebrandum, accipit aliud stipendium ab Missam, an possit unica Missa utriusque satisfacere, celebrando in altari privilegiato, aut cum medalia, vel calculo privilegiato, applicando unum fructum Missae, alteri indulgentiam Plenariam?

Bord.

**B**Ord. ref. 25. q. 9. & 17. tenet, eum peccare contra fidelitatem, non contra iustitiam, ac proinde non teneri ad restitutionem, quia per locum Indulgentiam satisfacit principali intento petentis, quod est liberatio à penis Purgatori (quodque supponitur esse in casu) imo melius, quia Indulgentia Plenaria magis valet pro defunctis, quam fructus Missæ.

Resp. eum non posse, sed peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem, Diana par. 10. tr. 6. ref. 70. & Tamb. cuius ratio est; quia vel offerens stipendium petit etiam Indulgentiam, vel non: si primum, ex conventionione debet una cum Missa Indulgentiam; si secundum, non potes in redem accipere de re non conventa. Tum quia hæc est fordida negotiatio, à qua multum abhorret Summi Pontificis, ut ex verbis Decr. Urb. VIII. *Volens omne damnable lucrum ab Ecclesia removere, prohibet, &c.*

Tum quia pro Indulgentia Altaris privilegiati, est alia specialis ratio; nam hæc regulariter non conceditur, nisi illi animæ, pro qua fructus Missæ applicatur; unde non potest illi applicari fructus Missæ, alteri Indulgentia Altaris; talis est Indulgentia Plenaria in concessione Altaris privilegiati Capellæ S. M. de Guadalupe nationi Castellana, existentis in nostra Ecclesia S. Mariæ Angelorum Patrum, data Romæ 3. Augusti 1695. ab Innoc. XII. Summo Pontifice.

### QUERES II.

262. *An Regulares teneantur ad Missam Conventualem, & an quando eam dicunt, possint applicare pro particulari, accepto stipendio?*

**D**Onatus rom. 4. tr. 7. q. 102. & 103. vult, eos teneri sub mortali ad Missam Conventualem, eamque debere applicare pro benefactoribus, non pro parantia. Probat ex c. *Cum creatura de Celebrat. Miss. & ex Clem. gravi 1. de celebr. Miss. in 6.*

Diana p. 2. tract. 2. ref. 8. tr. 3. ref. 12. part. 5. tr. 7. ref. 51. & Verricelli tr. 8. q. 30. defendunt, eos non teneri ad Missam Conventualem, eamque posse applicare pro particulari accepto stipendio. 1. Quia Ecclesiæ Regularium non sunt Collegiæ, hinc in allato cap. Clem. ab his ferrentur. 2. Quia nulla lex id prohibet; nec ad id ratio in contrarium; nam primus textus loquitur de Clericis, in aliis autem nomine Clericorum non veniunt Regulares; secundus expresse loquitur de horis debitis horis devote pfallendis.

### QUERES III.

263. *An Sacerdos, qui ut celebrat, cogitat emere sacra vestes, candelas, &c. possit licet stipendia Missæ augere?*

**C**Asum proponit Leander tr. 8. de Sac. Missæ disp. 4. q. 13. Qui respondet cum Philiberto, posse, quia alias esset peioris conditionis illi Sacerdotibus, qui nihil insumunt, nisi laborem celebrandi. Et quia, detractis detrahendis, minima merces prefato Sacerdoti relinquatur. Et nemo tenetur propriis stipendiis militare.

### DECRETA S. CONGR. CONG. URB. VIII.

#### De celebratione Missarum, edita

21. Junii 1625.

264. **T**um lege contingat, &c. Et infra. Ac primo districtè prohibet, atque interdicet, ne Episcopi in D. c. *sanctæ Synodo*, aut Generales in Capitulis Generalibus, aut alias quomodocumque reducant onera Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apostolicam Sedem recurratur, que res diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur: Alioquin deductiones, moderationes, & commutationes huiusmodi, quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas, atque inanes decernit.

2. Deinde, ubi pro pluribus Missis etiam eisdem qualitatibus celebrandis, plura stipendia quantumcumque incongrua, & exigua sit, ve ab una, sive à pluribus personis collata fuerint, aut conferantur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac locis piis quibusque, tam secularibus quam Regularibus, Sacra Congregatio sub observatione divini iudicii mandat ac præcipit, ac ratione solute tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributa elemosynæ præscriptæ fuerint, ita ut alioquin, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfiant, quinimo graviter peccent, & ad restitutionem teneantur.

3. Il vero ut deinceps observetur exactius, Sacra Congregatio, eadem auctoritate, revocat privilegia, & indulta omnia quibusvis personis, Ecclesiis, ac locis piis, tam secularibus, quam Regularibus, cujuscunque Ordinis, Congregationis, & In-

### De Sacrificio Missæ. Cap. II.

Instituti, quancumque ob causam concessa, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis seu orationibus, plarium Missarum oneribus in futurum succipiendis satisfiat.

4. Ac similiter omne damnable lucrum ab Ecclesia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa elemosyna, ne eandem Missam alteri, partem eisdem elemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

5. Præterea, ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis, eo tepidiores, ac legiores reddantur, quod onera huiusmodi, cum nulla, aut parva sunt utilitate conjuncta; statuit, atque decernit, ut pecunia, ac bona mobilia Ecclesiis, Hospitalibus, Congregationibus, Monasteriis, Conventibus, ac locis omnibus, tam secularibus, quam Regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum, ab iis, ad quos pertinet, sub pena interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrendi à die realis acquisitionis, statim deponi debeant penes eandem sacram, vel personam fidei, & fidei cultatibus idoneam, ad effectum illa, seu illorum pretium quantumcumque investiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expressa, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur: ac si eadem bona immobilia auctoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorundem pretium sub eadem pena ut supra, deponi, atque in aliis bonis fructiferis eidem fructiferis, cum eius oneris repetitione, atque annexione, converti debeat.

6. Ad hæc Sacra Congregatio, quibusvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac priorum locorum, tam secularium, quam Regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, districtè prohibet, ne in posterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, secularis quidem sine Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, Regulares vero sine Generalis, vel Provincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda, alicuique secularis, qui hujus prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso Regularis vero, pena privationis omnium officiorum, que tunc obtinebat ac perpetua.

inhabilitatis ab alia de cætero obtinenda, vocitæ activæ, & passivæ; absque alia declaratione incurat.

7. Elemosynas vero manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum idem accipere possint, si oneribus antea impositis satisfecerint; ut nota quod que onera suscipere valent; alioquin quomodo abintineat ab huiusmodi elemosynis, etiam sponte objatis, in futurum recipiendis, & capulas auferant ab Ecclesiis cum inscriptione illa, *Elemosyna pro Missæ, vel alia simili, sub idem penis in pto facto incurrendis, ne fideles hac ratione frustrentur.*

8. Episcopus vero, seu ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, diligenter inquirent de singulis Missarum celebrandarum obligationibus, cuique Ecclesiarum, Monasterio, aut loco pro suo incumbentibus; nec antea assensum huiusmodi, aut licentiam præbent, quam eis legitime consistit, illius Sacerdotis, tam novo oneri suscipiendo, quam antiquis jam susceptis satisficere posse; præcipuumque rationem habeant, ut reditus, qui Ecclesiis, aut locis piis relinquuntur, omnino respondeant oneribus adjucentibus, secundum morem cujuscunque Civitatis vel Provincia; et intelligent, si in re tanti momenti desides aut negligentes fuerint, in novissimo die se hujus prætermissi muneris rationem esse reddituros, &c.

9. Profero Superiores existentes intra fines Italiae, & Insularum adiacentium, computent in primo congregando Capitulo reditus Conventuum, eorumque summam ad S. Congregationem mittant, ut &c.

### DUBIA SUPER PRÆMISSIS DECRETIS SACRÆ CONGREGATIONIS PROPOSITA.

265. **S**UPER primo Sacræ Congregationis decreto de celebratione Missarum, quo prohibetur, ne Episcopi in D. c. *sanctæ Synodo*, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel alias quomodocumque, reducant onera illa Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis.

Quæritur: Quid si legatum sit ita tenuis, ut non sit, qui velit onus illi injunctum

subi-

subire; & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut fere totum infundendum sit pro expensis ad id necessarium?

Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, ut possit huiusmodi onera moderari?

Secundo, super secundo ejusdem Congregationis decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Missae, quot ad rationem tributa elemosynae praescriptae fuerint?

Quaeritur, An verba illa, *praescriptae fuerint*, intelligenda sint de praescriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

Tertio, an cum Ordinarius praescriperit elemosynam congruam juxta qualitatem loci, personarum, aetateporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo, teneantur Missas illis ab offerente praescriptas celebrare.

Quarto, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Capellae, legati, aut salarii, possint etiam manuum elemosynam pro Missis vestivis, aut Defunctorum recipere, & unice co Missae Sacrificio utriusque oneri satisfacere?

Quinto,posito, quod testator relinquat, ut celebrentur pro ejus anima centum Missae, absque ulla praescriptione elemosinae?

Quaeritur: An liberum sit haeredibus, elemosynam sibi bene visam praescribere, an vero eadem elemosyna praescribenda sit ab Ordinario?

Sexto, super tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio revocat privilegia, quibus indulgetur, ut certarum Missarum vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu Orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Quaeritur: An verba, *in futurum suscipiendis*, intelligenda sint de oneribus suscipiendis post privilegium?

Septimo, super quarto ejusdem Congregationis decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui suscipit Missam celebrandam cum certa elemosyna, ne eandem Missam alteri, pariter ejusdem elemosyna sibi retenta, celebrandam committat?

Quaeritur: An permittendum sit administratoribus Ecclesiarum, ut retineant aliquam elemosynam portionem pro expensis manutentionis Ecclesiae, Altarium, intervencium, paramentorum, luminum, vini, Hostiarum, & similium.

Octavo, an hoc decretum habet locum in beneficiis, quae conferuntur in titulum?

Idem, an Rector beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem celebrantis beneficii?

Decimo, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur elemosyna major solita pro celebratione Missae, debeant dare eandem integram elemosynam iis, quibus Missas celebrandas committunt? An vero satis fit, ut dent celebrantibus elemosynam consuetam?

Undecimo, super quinto ejusdem Congregationis decreto, quo inter caetera statuitur in haec verba: *Elemosynas vero manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum solum accipere possunt, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque opera obire valeant. Alioquin omnino abstinentur ab huiusmodi elemosynis, etiam Pontificali, in futurum recipienti, & capsulas auferantur, &c.*

Quaeritur: An hoc decretum prohibeat absolute, quo minus accipiant novae elemosynas ita, qui acceptis non satisfecerunt?

& quid, si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Duodecimo, quid si offerens elemosynas, audito impedimento consentiat, ut Sacerdos Missam celebret, cum primum poterit?

Decimotertio, an poena interdicii, & alia appositae in eodem decreto afficiant etiam eos, qui accipiunt elemosynas contra formam ibi praescriptam, quam eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesiis, ut ibidem praecipitur?

Decimoquartum, an in hoc decreto comprehendantur illic capsulae, quae apponi solent in Ecclesiis in die Commemorationis Omnium Defunctorum, & vulgo dicuntur, *capsulae de Mortis*?

Decimoquinto, an Administratores Ecclesiae magno devotionis, & concusis, possint elemosynas pro Missis celebrandis accipere, si illis Missis, non nisi post longum tempus, satisfacere valeant, ne alias cultus Ecclesiae, & devotio ac concursus Fidelium, ut ajunt, minuantur?

Decimosexto, quia prohibitio disti decreti videtur aliquibus directis solis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, nec non omnibus, & singulis Ecclesiarum, & piorum locorum, tam saecularium, quam Regularium Superioribus, de quibus fit expressa mentio, non au-

tem.

tem privatis Sacerdotibus; qui tamen comprehenduntur sub clausula generali, & aliis ad quos pertinet, supplicatur pro opportuna declaratione.

Decimoseptimo, super septimo ejusdem Sacrae Congregationis decreto, quo cavetur; ut in singulis Monasteriis Religiosorum praefigatur numerus, qui ex conluetudine, aut elemosynis commode possint sustentari.

Quaeritur: An ubi haec praefixio facta jam fuit in vim simili decreti facili memorie Pauli V. absque tamen computatione reddituum, quaeque Religiosi, sit denique facienda, necne?

Decimooctavo, an Novitii ad habitum regularem admitti, possint admitti ad professionem in Monasteriis, in quibus habita, aut supra, praenotio numeri, commode alii non possunt?

Decimonono, super ultimo, quo cavetur, ut nullibi recipiantur Conventus Regularium, nisi praeter alia ad id requisita, & duodecim saltem fratres in eis degere, & competentem sustentari valeant; ita ut alioquin subint jurisdictioni ordinariae.

Quaeritur: An hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehendat eas Religiones, quae non conueverunt onera Missarum recipere, ut sunt Religiones Capucinorum, ac Societatis Jesu?

Ultimo, an idem decretum, ubi disponitur, ut nullibi recipiantur Monasteria, nisi habeat locum in Italia duntaxat, ad quam est restrictum decretum proxime antecedens, an vero etiam extra Italiam?

DECLARATIONES, SEU RE-SPONSIONES AD SUPRADICTA DUBIA.

SACRA Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, auctoritate sibi a Sanctissimo Domino Nostro attributa, ad singula dubia superius proposita, ad hunc modum respondit, videlicet:

Ad primum, etiam legatum sit adeo tenue, nihilominus pro reductione oneris, ut supra praemissis, ab iis, ad quos pertinet, Secundum Apostolicam esse adendam; quae absque ulla impensa id statuet, quod magis in Domino de re esse judicaverit. Verumtamen, si in ipsa Beneficii erectione expressum fuerit, ut liceat Episcopo injunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quae decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & observandam.

Ad secundum, esse intelligenda de praescriptione facta ab eo, qui elemosynam tribuit; non autem ab Ordinario. Quod si tribuens elemosynam numerum Missarum celebrandarum non praescriperit, tunc tot Missas celebrari debere, quot praescriperit Ordinarius, secundum morem Civitatis vel Provinciae.

Ad tertium, teneri.

Ad quartum, Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Capellae, legati, aut salarii, si elemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere.

Ad quintum, censuit, ubi nullam certam elemosynam testator reliquit esse ab Episcopo praescribendam elemosynam congruam, quae respondeat oneribus Missarum celebrandarum, secundum morem Civitatis, vel Provinciae.

Ad sextum, ita esse intelligenda.

Ad septimum, respondit, permittendum non esse, ut Ecclesiae, ac loca pia, seu illorum Administratores, ex elemosynis Missarum celebrandarum, ullam, atque minimum, portionem retineant ratione expensarum, quae subeunt in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesiae, & loca pia alios non habent redditus, quos in usum earundem expensarum erogare licite possint; & tunc quam portionem retineant, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quae pro ipsomet tantum Missae Sacrificio necessario fuerint subeunda; & nihilominus eo etiam cura curandum esse, ut expensarum, quae superant, expensis ut supra deductis, absolute tot Missae celebrentur, quot praescriptae fuerint ab offerentibus elemosynas.

Ad octavum, non habere locum, de satisfactis esse, ut Rector Beneficii, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti elemosynam congruam, secundum morem Civitatis, vel Provinciae; nisi in fundatione ipsius Beneficii aliud cautum fuerit.

Ad decimum, debere absolute integram elemosynam tribuere Sacerdoti celebranti; nec ullam illius partem sibi retinere posse.

Ad undecimum, respondit, non prohiberi absolute. Ac propterea, etiam oneribus jam susceptis non satisfecerit, posse tamen nova etiam onera suscipere Missarum celebrandarum; immo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad

- Ad duodecimum, quamvis onera succedant, infra modicum tempus adimpleri nequeant; si tamen tribuens elemosinam pro aliarum Missarum celebratione id sciat, & consentiat, ut illis tunc demum celebretur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, decretum non prohibere, quo minus eo casu elemosina accipiat pro istis dem Missis juxta Benefactoris consensum celebrandis.
- Ad decimumtertium, has penas non habere locum, nisi in susceptis onera perpetua Missarum celebrandarum sine licentia Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.
- Ad decimumquartum, comprehendit.
- Ad decimumquintum, non posse, nisi de consensu eorum, qui elemosinas tribuunt, ut supra in responsione ad duodecimum.
- Ad decimumsextum, comprehendit etiam privatos Sacerdotes.
- Ad decimumseptimum, numeri praefixionem esse iteum faciendam, servata forma ultimi decreti hac de re editi.
- Ad decimumoctavum, esse admittendos ad professionem, si alias habiles existant; ac deinde in aliquo alio Monasterio ejusdem Religionis esse collocandos, ubi commode alii possint.
- Ad decimumnonum, censui comprehendere.
- Ad ultimum, habere locum extra Italiam.

Cosmus Card. de Torres.  
Prosper Fagnanus S. Congr.  
Secretarius.

Quae Decreta novissime confirmata fuere per eandem S. Congr. 23. Novembris 1697. Et roborata per Bullam Innoc. XII. incip. *Nuper* 22. Decembris 1697.

## DE TEMPORE OBLIGATIONIS.

**S**Acerdos, qui plura onera Missarum suscepit, debet eas celebrare intra modicum tempus, nisi consensus elemosinarum sciat & consentiat, ut celebratio differatur, donec aliis satisfaciatur. S. C. ad undecimum.

Modicum tempus iudicandum esse, consideranda Missarum numero, necessitate petentium, & similibus circumstantiis, volunt nonnulli. Alii extendunt ad tres menses, & alii ad duos, moti ex *Trid. sess. 22. de reform. cap. 1. & sess. 24. cap. 12.* ubi Episcopi per tres menses, Canonici vero, & similibus per duos conceditur posse in suis Ecclesiis abesse.

Aliquando dilatio unius diei potest esse vo-

tabilis, ut si quis velit Missam pro Agonizante, pro lite eo die decidenda, &c.

## QUAERES.

*267 An omittens, aut mortaliter differens unam vel alteram Missam, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem?*

**R**espondeo solum venialiter, vult Tamb. in *meth. celebr. Miss. lib. 3. cap. 1. §. p. n. 8.* quia in omissione Missae attendi debet dampnum temporale ex quantitate stipendii, non spirituale; alioquin mortalis esset omisio Salutationis Angelicæ.

Resp. peccare mortaliter, & ad restitutionem teneri, Maltr. & Bonac. quia materia stipendii est gravis ratione circumstantiarum adjunctæ, nempe damni gravis spiritualis, cuiusmodi est privatio fructus Missæ debiti ex iustitia.

Ad rationem in oppositum: licet quodlibet bonum spirituale sit appetriative majus quodlibet temporali; intra lineam autem boni spiritualis, secundum moralem hominum existimationem, datur parva materia: liquet ex doctrina communis; fructus divini Officii est spiritualis, & tamen datur in illo parvitas matericæ, qualis datur in omisio unius horæ; ita multo magis omisio unius Missæ: nam onus, quod ibi parit præceptum, hic parit stipendium, & pactum; & similiter, si omisio unius Psalmi est venialis, ita omisio unius Ave.

*268 Sacerdos non obligatus ex stipendio, peccat mortaliter, si legitime non impeditur, quater, aut ter saltem in anno in festis solemnioribus non celebret, Leander tr. 8. de sacr. Miss. disp. 5. q. 2. contra Dianam p. 2. tr. 4. ref. 19.* quia regulariter scandalum addit; quis enim sciens, Sacerdotem non legitime impeditum, nunquam celebrare, non pariat suspicionem ejus perverte se conscientie, cum periculo in juvenibus labendi ad ejus exemplum?

*269 Sacerdos etiam Parochus die Nativitatis Domini non tenetur omnes tres Missas celebrare, sicut nec Parochiani tenentur omnes tres audire, quia celebratio trium Missarum est privilegium, non præceptum.*

## DE OBLIGATIONE QUOAD LOCUM.

**S**Acerdos, qui ex fundatione, aut alio titulo tenetur in aliqua Ecclesia, aut Altari determinato celebrare; si testator Ecclesiam, aut Altare determinavit exprimens, id velle ob pecuniarum sui devotionem, ad locum illum, seu imaginem, in decorem, & splendorem suæ domus, cujus est Capella, vel in commodum populi, ut ibi Missam possit audire; peccat mortaliter alibi cele-

celebrando, nisi raro id faciat, puta ter, aut quater, ob paritatem matericæ; nec tunc peccabit venialiter, si ex rationabili causa faciat ex præsumpta testatoris voluntate. Quod si ad nil eorum respexit testator, qui designavit Altare; tunc non erit mortale, in aliis Altaribus, ejusdem tamen Ecclesiæ celebrare. In aliis autem Ecclesiis celebrare cederet in prejudicium prioris Ecclesiæ, qua jus acquisivit, & esset mortale, nisi rero fieret; aut nisi ob Sacerdotum multiplicationem, parum unius Missæ celebratio ibi reputaretur.

*271 Si testator in determinando Altari non respexit ad causas prædictas, potest in alio Altari ejusdem Ecclesiæ, quod sit privilegium celebrare, Leander cum Lugo de sacr. Missæ tr. 8. disp. 4. q. 27.* quia gerit utilius rem testatoris, qui promittit non præsumitur rationabiliter in vitium. Quod potiori jure dico, si ecclesiæ Altaris privilegium in Ecclesia illa facta esset post testatoris mortem; tunc enim Sacerdos ibi celebraret ex voluntate rationabiliter, & prudenter, ius moraliter certo præsumptum testatoris; quilibet namque præsumitur, quod velit id, quod est sibi utilius. Tunc quidem testator, si viveret, gratias Sacerdoti ageret, sicut gratias ageret creditor, si debitor unum debens, duo solveret, unum ex iustitia, aliud gratis.

Dico quæsto: Si tibi daretur optio eligendi solum fructum Missæ, aut fructum Missæ una cum indulgentia Plenaria liberationis animæ: quid selegeres? Illud scio, fructum Missæ animæ applicatum esse finitum, & tantum poenæ purgatorij satisficere, quantum Deus sua infinita sapientia disponit; ut in n. 234. Indulgentiam vero Plenariam solvere plene, & adæquare totam poenam in Purgatorio debitam, ut in *tom. 1. de Altari privi.*

Imo si fundator designavit Ecclesiam, habens pro sine, ut ibi frequens populus audiatur; & contingat, ut nullus, aut valde pauci eo ad Missam accedant, tunc Sacerdotem posse alibi celebrare, tenet Tamb. in *meth. celebr. Miss. lib. 3. cap. 6. §. 3. n. 3.* nisi aliud sita fundationis expellens; quia cessante causa finitæ esset effectus, & talis præsumitur testatoris voluntas.

*272 Celebrans sine justa causa in alio templo, aut Altari, peccat, uti supra, sed non tenetur restituere stipendium hæredibus; aut Missam in loco designato repetere, quia Missa ubique est æqualis valoris. Unde hic fidem fregit, nisi iustitiam, Leander tr. 8. de sacr. Miss. disp. 4. q. 25. & Bonac.*

Quod si tenetur celebrare in Altari privilegiato, alibi celebrando, eum teneri ad re-

stitutionem compensando aliis orationibus; docet Diana p. 2. tr. 4. ref. 29. negat Tamb. tr. n. 10.

Non enim (ait) tenetur ad rependam Missam; quia restitueret plus, nempe duas applicationes, & onus restitutionis est ad æquale, non ad plus. Nec ad orationes; quia tale onus est scrupulosum fomentum; nam cum neficiat, quanta lit poenæ satisfacienda, necesse, quante lit orationes satisfacienda.

Consulo, ut talis Sacerdos aliquam indulgentiam Plenariam hujusmodi anime applicet.

Obligatum celebrare in Altari privilegiato, si celebret in alio Altari applicando Medalliam, Coronam, seu Calculum privilegium, non satisficere, tenet Tamb. tr. n. 11. cum de Lugo quia Indulgentia Altaris est tuta, Medallia minus certa.

At satisficere, docent Bord. ref. 25. q. 25. Dian. p. 6. tr. 6. ref. 12. & alii, si testator nil aliud intendat, nisi liberationem animæ, quia satisficit per æquales, & differentia Altaris ac Medallie, quod hoc est materialis. Minor certitudo purgare, si Medalliam habuerit à Papa, aut sine digno.

## DE VACATIONE.

**C**APELLANUS, si per modicum tempus infirmetur, non tenetur satisficere per alium, aut compensare; idque ex rationabiliter præsumpta voluntate fundatoris. Modicum alii dicunt decem dies, alii mensem, alii cum Peyr. duos menses respectu totius anni.

Capellanus, seu beneficiatus obligatus toto anno celebrare quotidie, sive directè, sive indirectè, quatenus onus est impositum Ecclesiæ, ut in ea Capellano continue celebretur, potest vacare semel in hebdomada, non ex parvitate matericæ, sed ex præsumpta fundatoris voluntate, & consuetudine: nisi onus sit impositum Ecclesiæ, ut curet diei Missam quotidie, vel nisi expresse Capellano imponatur, ut Missas quotidie per se, vel per alium sine interruptione celebret.

*274 Item talis Capellanus potest quater, aut lexies in anno pro se, aut suis celebrare, ex eadem præsumpta voluntate fundatoris, qui non est credendus, quod voluerit hoc singularare auxilium spirituale suo Capellano denegare: si enim de hoc interrogatus fuisset aut cogitasset, non negasset, Diana, Peyr. & Tambur.*

*275 Pro his Missis, quando pro aliis applicat, non potest stipendium accipere; nec quando ei vacare permittitur, potest per alio ce-*

lebrat accepto stipendio; nam hoc est avaritiae genus. Et Missa Capellani, quando celebrat, sunt fundatoris, sicut fructus agri, sive tenuis, sive pinguis est domini.

276 In legatis vero non est concedenda vacatio, neque ratione infirmitatis, sicut in Capellanis: sed est Missa per alium Sacerdotem supplenda. Huiusmodi solent esse Missae perpetuae in Monasteriis ab ipsis Monialibus relictae: sunt enim proprie legata, minime Capellanica, nisi improprie, & vulgo sic dicte, quia Monialis non fundat Ecclesiam, aut Altare, cum deputatio Clerici, ut ei intersit, affitatur, &c. in n. 248. sed solum legat Monasterii Missam pro sua anima in ea Ecclesia celebrandam. Et ita servatur Panormi in Ecclesia Patrum Oratorii, ubi assignatur Sacerdoti legatum; sed eo vacante etiam per unum diem, & ob infirmitatem, suppletur Missa per alium, ut in Missis manualibus.

Aliqua tamen episcopa uti possumus in legato personali, relicto scilicet tali Sacerdoti individuo, cum respectu ad Sacerdotis personam, quam legans intendit iurare iuxta dicta n. 249.

277 Capellanus tenetur celebrare per se ipsum, si id fuerit in fundatione Capellanica expressum. Sed tunc potest eligi Capellanus non Sacerdos, qui infra annum possit ordinari in Sacerdotem; hoc nanque etiam in Beneficis Parochialibus indulgetur. Si vero non exprimat quod debeat esse Sacerdos, qui per se ipsam Missas celebret, tunc poterit celebrare per alium; imo poterit Capellania conferri ei, qui decimumquartum annum agit, Mendo *ver. Capellania n. 5. v. n. 108.*

#### DE DISPOSITIONE SPIRITUALI SACERDOTIS.

278 **N**on peccat mortaliter Sacerdos celebrans, non recitatio Matutino; Donatus *tom. 4. ff. 7. q. 84.* quia non constat, quod consuetudo sit accepta sub culpa. Et Rubrica non est praeceptum, sed consilium ob devotionem majorem. His rationibus Tamb. in *meth. celebr. Miss. lib. 1. c. 7. §. 2. n. 3.* infert nec esse veniale.

279 Sacerdos celebraturus, & laicus communicaturus, quamvis sit contritus, ex Tridentino *sess. 13. cap. 7. & can. 11.* debet confessionem praemittere. *Modo non desit illi copia Confessarii; quod si necessitate urgente, Sacerdos absque praevia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur.* Idque ex praecepto illo Pauli ad Cor. 11. *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.*

280 Necessitas ex triplici capite potest oriri. 1. quia *desit copia Confessarii.* 2. ex *infra.* 3. ex *danno.*

#### DEEST COPIA CONFESSARII

281 **S**i sit, & non velit audire. 2. si Religiosus habeat casum reservatum, & Superior à pio Confessario requisitus licentiam abolvendi neget.

282 Tunc Confessarius inferior potest dicere Religiosum directe à casu reservato, seu excommunicatione reservata abolvete *pro illa vice.* Diana *par. 9. res. 3. ref. 15.* facultate illi concessa à Papa in eo casu denegata licentiae per Decr. S. Conc. die 21. Sept. 1624. iussu Urbani VIII. editum supra Decr. Clem. VIII. de reservatione casuum à Regularibus facienda, quod est in Bulla Cher. p. 67. & Lantucea Bulla 28. p. 72. ubi particula *pro illa vice,* intelligitur toties, quoties casus occurrerit, quia non apponitur particula *taxativa tantum;* unde significat illam vicem, quando Confessarius facultatem petit, & Superior denegat, Diana *cit.*

283 Si Confessarius dillet per tria militaria, Canus vult, quod censetur abiens, ubi voluit, quod fit adendum, si non singulis diebus, saltem aliquoties, Tamb. cum de Lupo id remittit arbitrio prudentis iuxta circumstantias personae, temporis, difficultatis, itineris, &c.

#### EX INFAMIA.

284 **S**acerdos, si dum sacris indutus vestibus incipit celebraturus, vel postquam Missam incipit, recordatur peccati mortalis à se post ultimam Confessionem commissi, & non potest sine infamia, quam praesertit tunc, se divertere ad confessionem putatam, sufficit, quod eliciat actum contritionis putatam, & sic potest facrificium inchoare, & inchoatum perficere. Ita pariter, si recordatur se esse excommunicatum, suspensum, interdichum, vel irregularem. Idem dicitur de laico, si genuflexus ante lineam per communionem, recordetur peccati post confessionem commissi, & ex recessu timeat notam infamiae: quia praeceptum divinum positivum respiciens propriam utilitatem spirituales operantis, quale est de integritate materiali confessionis, & de praemittenda confessione, non obligat cum tanto rigore, sed humano modo; unde non obligat urgente necessitate, seu iure naturali, quale est de evitando gravi damno in fama, &c. Imo si Missa sit inchoata, ultra notam infamiam, urget reverentia sacrificii debita, ut periclitatur.

285 Sacerdos autem iste tenetur postea confiteri *quamprimum,* videlicet intra triduum.

dium, Diana nam *ex l. fin. C. de Judiciis: Illice,* id est *intra triduum,* de Lugo id remittit arbitrio boni viri. Et quidem contingere potest casus, ut primo die aptus Confessarius contingat, qui, forte postea intra triduum non contingerit; tunc, inquam, non debet Sacerdos opportunitatem illam negligere: *v. tom. 1. de auditione Missae, ver. Interdichus; §. Qui mane.*

286 Quae particula, *quamprimum confiteatur,* non ligat Laicos, sed Sacerdotes. Non est autem consilium, sed praeceptum sub mortali obligans; quia communis intellectus Doctorem, optimos legis interpretes, illud intelligit esse praeceptum, cui non satisfaciat Sacerdos, si suo tempore confiteatur, alias Trid. ad nihil novi per illam particulam obligaret; nam Sacerdos ille, quando deo celebrare debet, tenetur ex praecepto divino confessionem praemittere: *v. to. 1. prop. 38. & 38. ab Alex. VII. damno.*

287 Si autem peccatum, cujus recordatur, fuerit commissum ante confessionem, ac proinde indirecte absolutum, non tenetur deo calidam contritionis elicere, quia nulla est ejus necessitas, aut praeceptum: nam cum fuerit de eo indirecte absolutus, iam est in gratia, & dispositus, & solum habere debet propositum suo tempore confitendi peccatum oblitum.

288 Extra casum vero urgentis necessitatis, tenetur confessionem talis peccati mortalis oblitum praemittere: quia praeceptum est de praemittenda confessione integra, nedum formaliter, sed etiam materialiter: & peccata in confessione oblitum, sunt absoluta indirecte, adeoque cum onere ea postea subjiciendi directe claviibus: *v. tom. 1. prop. 11. ab Alex. VII. damno.*

#### EX DAMNO.

289 **S**ive temporali, sive spirituali, quod prudenter timeat. Unde Sacerdos, si ex confessione alicujus cum quodam Confessario timeat non leviter, sed prudenter, grave malum, aut fractionem sigilli, si alius Confessarius non adfit, potest illud filere; debet tamen alia confiteri.

290 Si Confessarius non adfit, non potest celebrare cum sola contritione, ut alii satisfaciant praepo audiendi Missam, nisi adfit infamia; quia praeceptum auditionis Missae est humanum, praeceptum vero de praemittenda confessione est divinum, adeoque fortius obligat. Et nunquam sola devotio facultatem concedit celebrandi sine confessione. Hanc facultatem dat necessitas celebrandi ad dandum viaticum moribundo.

291 Necessitates, quae dictam facultatem concedunt Sacerdoti ad celebrandum, & laico

ad communicandum in casu, quo recorderetur peccati mortalis, eandem concedunt in casu, quo recorderetur, se esse excommunicatum, suspensum, aut irregularem, quia fortius impeditur à celebrando peccatum mortale, quam censura, cum illud impeditur jure Divino, hoc Ecclesiastico; & tunc cum censura celebrans non evadit irregularis: debet tamen interim diligentiam pro absoluteione obtinenda adhibere, adeundo per se, vel per alium, superiorem.

292 Onus Capellanicae, & indigentia stipendii, volunt aliqui, quod det licentiam Sacerdoti, si Confessarius abfit, celebrandi sine praevia confessione cum contritione, & voto confitendi quamprimum, & Confessarium curandi. Hoc autem non est ita libere concedendum, sed solum quando Sacerdos est in tam gravi necessitate, ut non habeat unde sustentari: qua gravi necessitate lesula, debet à celebrando abstinere, & postea Missas per se, vel per alium supplere, Tamb. *cit. n. 29.*

#### DE DISPOSITIONE CORPORALI.

293 **S**acerdos celebraturus, & laicus communicaturus, debet esse jejuniis jejuniis naturalibus. 294 Jejunium naturale ab Ecclesiastico differt, quia jejunium Ecclesiasticum consistit in unica comestione, & abstinencia à carnibus: jejunium vero naturale consistit in omnimoda abstinencia cibi, & potus à media nocte usque ad communionem inclusive, adeoque jejunium naturale non admittit parvitatem materiam: sed violatur per granum aosis, aut per guttam aquae ex industria sumptam; & ejus violatio est sacrilegium.

295 Ad ejus autem violationem duo requiruntur: primum, ut id, quod sumitur, sit cibum, aut potus: cibus, & potus est ille, qui in stomacho alteratur, & ad digestionem pergit: secundum, ut sumatur per actionem, quae sit comestio, vel potatio; nempe ut per os assumatur, & in stomachum trajiciatur.

#### EX DEFECTU PRIMII.

296 **N**on violant jejunium naturale, & à fortiori neque Ecclesiasticum frustum aquae solidi, unguis, moneta aurea, plumbum; officium sive frugum, sive alterius generis; solum ex ferro, vel serico, auriana, & similia; non enim sunt cibus; quia non alterantur in stomacho, sed eadem integra egeruntur.

297 Violant autem jejunium naturale charta, filum ex lino, palea, foenum, terra, siccata, &c.

creta, quam mulieres comedunt, & cetera, quia in stomacho alterantur.

298 Si quis deglutiat nucem cum cortice integram, frangere jejunium, putat Joan. Sanchez, quia est materia comestibilis, & per accidens non alteratur. Non frangere, opinatur Tambur. quia ut trahitur, nec est alterabilis, nec digestibilis. Ita ille.

299 Demum violant jejunium naturale potio medicinalis, aurum potabile, & sanguis, quem quis ex vulnerato digito sugeret.

## EX DEFECTU SECUNDI.

300 Non violant jejunium naturale, pigritudo gutta aqua, quae commiscetur salivae, dum os abius, aut gutta ioculi, quod gustas, an fit bene preparatum, & commixtum salivae trahitur; vel sanguis, qui ex capite fluit in os, & immixtus salivae deglutitur; quia non est potus, aut comestio, sed trahitur salivae. Secundo, musca, aut pulvis, quae casu in os volat, & casu trahuntur; quia non est comestio, sed respiratio. Tertio, sanguis, vel humor ex capite, aut gingivis descendens, etiam non immixtus salivae, si deglutitur; quia est fluxus. Quarto, tabachum per nares sumptum in pulverem, folio, aut fumo, & qui libet odor; quia est attractio, & afflatio narum.

301 Ceterum, si culicem, vel muscam ex industria comedas, vel eam potens expuere traheris, violas jejunium; quia ex una parte sunt cibis, & ex alia haec est comestio, non respiratio.

302 Frustrula, quae ex reliquiis carnis in dentibus remanent, si non ex industria deglutiantur, non violant jejunium; quia non est comestio, sed trahitur cum saliva, aut respiratio. Violant autem, si ex industria deglutiantur, quia comestio: aequivalent.

303 Pariter violant jejunium saccharum, aut tabellam in ore apte cubitum postea, quae tamen post mediam noctem liquebunt, & trahuntur.

Præfatas vero cibi reliquias nunquam violantur, docent Dian. Suarez, & nonnulli graves Doctores apud Tamb. in *method. com. cap. 2. num. 25.*

304 Si aromata, ut tabachum, mastichem, &c. in ore conteras ad evacuandum humorem, &c. & non deglutias, non violas jejunium, etiam si aliquid ex his cum saliva descendat; nam cohiberi non potest, quin descendat saliva illa aromatibus affecta; & ratio est; quia non est per modum cibi, aut potus, sed salivae; secus si granum aliquid ex his casu deciderit; quia

tunc non est respiratio, (ut de musca casu deglutita superius diximus) sed comestio, ut liquet de projecto in flumine, qui licet inuisus, aquam deglutiat, non proinde est jejunius.

## DE HOROLOGIIS PRO JEJUNIO.

305 Plura horologia bene regulata non faciunt opinionem probabilem, sed dubium de media nocte in ordine ad communionem, Rodriq. tom. 1. c. 105. nu. 6. contra Dianam p. 4. r. 3. ref. 19. quia in questione facti motiva utrinque aequae probabilia, non constituunt probabilitatem, sed dubium.

Probatur experientia ex 3. Regum 3. ex vulgato Salomonis iudicio super duarum mulierum factio, quoniam una affirmabat, puerum vivum esse filium suum, quoniam negabat altera; unde cum motiva fuissent utrinque aequae probabilia, Rex remansit suspensus, ac dubius, ita ut ad alteram partem se determinaret, voluit addere conjecturam, precipiendo, ut divideretur puer inter utraque: quod ardentius recusante una, Rex sapienter ejus maternam pietatem comprehendit, unde ejus filium iudicavit, ante quam conjecturam. Rex erat dubius; dubium enim positivum est quo quis consideratis utriusque partis motivis, ad neutram partem potest rationabiliter se determinare. propter motiva aequae utrinque moventia, ac proinde manet anceps, & in aequilibrio.

306 Præterea sunt sex testes aequalis fidei, quorum tres affirmant de visu mortem conjugis, alii de visu mortem pro eodem tempore negant; Judex remanebit non probabiliter opinans, sed dubius, ita ut non possit permittere mulieri transitum ad secundas nuptias. Ita duo horologia bene regulata sunt testes aequalis auctoritatis circa factum in designanda hora mediae noctis; adeoque si disconveniant, non faciunt opinionem probabilem, sed dubium positivum, nisi addatur conjectura, quae rationabiliter magis ad unum inclinet.

307 Hinc, ubi sunt plura horologia bene regulata, qui mane celebrare vult, aut communicare, non tenetur stare primo horologio, horam mediae noctis signanti; quia in dubio melior est conditio possidentis: possessio autem in casu stat pro libertate, quae est prior præcepto; nam præceptum jejunii est dubium, an tunc incipiat, & dubium supervenit libertati. Tum quia impedimentum dubium non potest tollere jus certum.

308 Difficultas est, an ubi est tantum unum horologium, qui communicare vult, teneatur stare in prima pulsatione a cibo, & potu desistere? In qua re quiddam resolvant alii, dico quod.

quod sciens, primum pulsium esse horae duodecimae noctis, teneatur in primo pulsu a cibo, & potu desistere; qui vero ignorat, aut dubitat, si primus pulsus sit horae duodecimae noctis, potest prosequi usque ad ultimum pulsium, & mane communicare.

Contingere nanque solet multis, quod audierint horam undecimam noctis, alii vero non audierint; & proinde priores, statim ac audierint primum pulsium horae sequentis, sunt certi, quod sit pulsus horae duodecimae; posteriores vero ignorant, aut dubitant. Quo praemisso,

Probatur assertio: hic nanque non potest esse sermo de hora completa mathematicae, sed praefatae, prout est nobis signum sufficiens, cuius sit hora; non enim potest de pietate Sanctae Matris Ecclesiae praesumi, quod velit fideles stare hora mathematicae, quae innumeris affligeret serupulis; eo maxime, quia non solum est mathematicae completa ante primum pulsium horae sequentis: sed inter horam priorem completam, & primum pulsium horae sequentis, mediis intervallum quoddam; transacta nanque tota hora antecedentis, datur aliqua intervallum, antequam incipiat moveri maleus pulsans pro hora sequenti.

Hora autem praefata dicitur, in quantum est nobis signum sufficiens horae determinatae, primum vero pulsus horae duodecimae respectu scientis, & advertentis est signum sufficiens horae duodecimae noctis: non sic respectu ignorantis, non advertentis, aut dubitantis; sed respectu ejus, & secundum se est signum indifferens; adeoque respectu prioris est hora praefata, non respectu posterioris.

Insuper primus pulsus respectu prioris est impedimentum certum præcepti jejunii, respectu vero posterioris est impedimentum superveniens dubium, ob quod ipsiari non potest possessio certa.

309 De dubio de media nocte, vel an comedit post: v. c. 1. de conscientia dubia n. 55.

## DE SACERDOTE NON JEJUNO.

310 SACERDOS non jejunus potest celebrare, primo ad dandum Viaticum alteri moribundo, si non adsint particulae consecratae, esto multi probabiliter negent, & solum id concedant pro dando Viatico sibi ipsi Sacerdoti. Instante autem propria morte licere non jejunum communicare, est certum.

311 Secundo, potest celebrare ad vitandum scandalum, aut infamiam, ut si in Altari ante consecrationem recordetur se non esse jejunum, poterit sacrificium prosequi; quod si ejus recordetur post consecrationem, etiam non

*Examen Ecclesiasticum.*

instante infamia, omnino debet sacrificium inchoatum perficere. Similiter, si laicus stans ad Altare recordetur non esse jejunum, & sine infamia discedere non valeat, potest communicare: v. n. 347.

312 Tertio, in casu fragmenti, in quo sic discurrit Tambur. vel enim est sermo de fragmento tui sacrificii, sive magno, sive parvo, & tunc invento post assumptam ablutioem, & hoc sumere licet potest, sive statim, sive finita Missa, quia pertinet ad idem sacrificium, imo probabiliter etiam in sacrificio, antequam vestibus spoliaris, quia adhuc iudicaris non absolvisse totaliter sacrificium.

Vel est sermo de fragmento alterius sacrificii, & hoc probabiliter post ablutioem assumere potest, sive statim, sive finita Missa, dum est in Altari, quia id totum reputatur una sacrificii moralis consumptio; & quia fragmenta parva facile deperduntur, major reverentia est, si ab eo non jejunio altantur, quam si cum tali periculo in sacro conserverentur, aut alteri Sacerdoti sacrificatio dentur: hinc potest Sacerdos pyxidem purificare, & reliquias sumere, dum est in Altari post ablutioem, si ante ex inadvertentia non purificaverit. An autem hujusmodi fragmenta alieni sacrificii sumere possit in sacrificio, antequam facris vestibus spoliaris, tu iudica: semper autem est sermo de fragmento, sive parvo, sive magno; minime de hostia grandi, aut integra particula; haec nanque debet in sacro conservari, aut alteri Sacerdoti celebratio relinquatur.

313 Possit vero Sacerdotem non solum digito abluere, sed pluries, & quoties opus fuerit, vinum infundere, & sumere ad sumendam particulam hostiae, quae fortiter calcidat, non est dubium.

314 Quarto, quando Sacerdos post consecrationem unius, vel utriusque speciei moreretur; tunc si non adesset alius Sacerdos jejunus, deberet à non jejunio perfici sacrificium.

315 Quinto, Sacerdos, si ei incurritur metus mortis cadens in virum constantem, si non jejunus celebrat; idque non in Religiosis contemptum, sed ut alii Missam audiant: potest non jejunus celebrare, quia praepcepta humana non obligant cum tanto dispendio: quo metu secluso, non potest non jejunus celebrare, ut alii Missam audiant, esto non addit alius Sacerdos jejunus, quia praepceptum jejunii naturalis est validius praepcepto audiendi sacrum: & solus Pontifex potest à praepcepto jejunii naturalis dispensare.

316 Sacerdos pluries in die celebrare non potest; excepta nocte Nativitatis. Si vero

St 3



fit jejunius, potest in frequentibus casibus. Primo, si pastor habeat duas Parochias distitas. Secundo, si concursus populi sit tantus, ut Ecclesia non capiat, licet tunc potius expediat celebrare extra. Tertio, si ante ablutionem moneatur de communicando infirmo, & suam hostiam sumperit, nec fit alius Sacerdos. *v. n. 328.*

## DE TEMPORE, ET LOCO SACRIFICII.

317 **T** Empus, quo celebrari debet, est ab aurora, duabus scilicet horis ante ortum Solis, usque ad meridiem, seculis privilegiis, quorum quidem virtute Mendicantes ex causa celebrare possunt tribus horis ante ortum Solis, & hora una post meridiem; quo indulto licite est poterit quilibet alius Sacerdos, si adit consuetudo, aut ei suppetat iusta causa.

318 **L**ocus jure communi esse debet Ecclesia benedicta. Ex privilegio vero, aut dispensatione Papæ, oratorum, vel sacellium privatum, esto non benedictum.

319 Non licere in navibus celebrare, docent Bonac. Diana & alii apud Ardekin; quia adest periculum effusionis sanguinis. Imo Diana apud Gobat *tom. 1. tr. 3. nu. 237.* refert declar. Card. de anno 1633. qua committitur Episcopis, ut prohibeant Sacerdotibus, tam secularibus, quam Regularibus, ne id in praxim deducant.

Licere autem in navibus grandioribus, & in longo itinere, etiam dum actu navigatur, tranquillo tempore, aliquoties celebrare, puta ad audiendum Sacrum die festo, & ad ministrandum Viaticum, & ad solatium spirituale vechloris, si nullum sit periculum effusionis sanguinis, aut emotionis hostiæ ex vento, tenent cum pluribus Ardekin, & Gobat *cit.* qui addit ex Caltrop, id esse à Clem. VIII. generaliter permissum navigantibus in Indias, & testatur, ab eis fite prædicari.

320 In Ecclesia interdicta, aut violata, si ve per injuriam sanguinis effusionem, si ve per publicam & illicitam humani seminis effusionem, si ve in qua sepultus fit infidelis, aut excommunicatus non toleratus, celebrare non licet, antequam purificetur: quod si violatio accidit, dum Sacerdos celebrat, si post inceptum Canonem, sacrificium absolvat; si ante, ab eo cesset. *v. n. 326.*

321 Sacrificium fieri debet supra Altare sub mortali, & immediate supra Altare parvum lapideum consecratum. Altare esse debet triplici, aut saltem duplici mappa, seu lineo benedictis cooperatum, cum Cruce, & Missali, & duplici candela cerea accensa.

322 In Altari Crucifixi Crux debet esse à

Cruce majori distincta; quia illa habet rationem imaginis. Negat Tamb.

323 Ex nulla necessitate licere sine lumine in Altari posito, & à lampadibus extra Altare appensis distincto celebrare, & etiam Missa sit incepta, sed ante consecrationem, continuare, tenent Bellar. Bufemb. & Tambur. *in verb. Cal. Miss. lib. 1. cap. 5. §. 4. n.* quia gravem parit irreverentiam.

Sed probabilius puto licere. 1. Ad satisfaciendum divino præcepto aliquoties sacrificandi, ut in n. 339. 2. Ad dandum Viaticum. 3. Ad vitandam mortem non incusam in contemptum fidei, Marchesius à n. 67. cum Pasqual. Tonello, & pluribus; quia jus divinum, & naturale prævalet legi humane.

324 Non sufficit necessitas celebrandi odium festum, Marchesius n. 70. quia licet præceptum aliquoties celebrandi sit naturale, & divinum, ut in n. 339. præceptum tamen celebrandi, & audiendi Missam, quoad determinationem temporis, puta tali die festo, est Ecclesiasticum, quoad cedit præcepto celebrandi cum lumine, quatenus hujus omisso gravem continet irreverentiam, que non potest vitari, nisi ad satisfaciendum præcepto majori, quod urgeat.

325 Si incepta Missa extinguatur lumen, curari debet, & expectari paulisper, ut accendatur, si breviter fieri potest; secus si contingat post consecrationem, continuari debet Missa usque ad finem. Si ante consecrationem post Offertorium, continuari posse docet Marchesius n. 71. cum Ardekin p. 3. tr. 6. q. 8. & Leandro contra Mendo in *appendice ad epis. de immunit. nu. 3.* qui vult, esse abrumptionem sacrum, si non fit spes breviter habendi lumen.

326 Celebrare voluntarie cum unico lumine, in nostris regionibus, ubi est consuetudo celebrandi cum duplici, item cum lumine olei, aut sevi, est peccatum veniale; quia non est gravis irreverentia, nec præceptum Rubricarum quoad hoc gravem obligationem inducit. Imo nullum est peccatum, si fiat ex necessitate, & causa. Non requiritur causa gravis. Pasqual. vult sufficere defectum cere. Et si prævidetur scandalum, poterit moneri populus super defectu, Marchesius à n. 74. ex pluribus.

327 Celebrare sine Cruce, secluso contemptu, est veniale, Mendo *cit. n. 6.*

328 In villa, si candela non extitit, licitum est sine illis celebrare; quia Rubrica de candelabris est directiva, nam requiruntur non ratione sui, sed luminis. Tunc Sacerdos pro candelarum sustentaculis uti poterit pennis.

neis, aut aliis instrumentis decentibus, qui ad ritum non provocent. Ita Marchesius, qui super his suo Sacerdoti in villa docet, & plenè scribit.

## DE VASIS, ET VESTIBUS.

329 **V**asa ad hoc sacrificium requisita sunt calix, & patena ex auro, argento, aut saltem stanno, consecrata ab Episcopo. Item corporale, & palla ex lino pariter benedicta. Pyxis vero sufficit si sit benedicta.

330 Nostri temporibus ex Rubr. Miss. de Ritu servando &c. n. 1. non est concedendus calix cum cuppa de stanno; quia non est verisimilis tanta paupertas, ut non possit de argenteo confitui; & rite, quia calix, in quo Christus in ultima Cena consecravit, est ex calcadonio lapide pretioso, aliis lapidibus pretiosis sculptus.

331 Calix, & patena, si sint fracta, ita ut reddantur inepta ad sacrificium, puta si sanguis ex fundo cuppæ effundatur, vel si sint apta, deformitatem tamen notabilem habeant, ut oritur indecentia, execrata censentur.

332 Calix iterum deauratus, non est iterum consecrandus, si sit materie apte; quia per deperditionem auri non amittit consecrationem, nec per additionem auri mutat formam: decet tamen, ut aqua benedicta abluatur, propter laicam manuum contactum. Est autem iterum consecrandus, si sit materie ineptæ, que per deaurationem sit apta. Ita Marchesius *num. 202.*

333 Vestes Sacerdotis sunt amictus, & alba lineæ, cingulum, manipulus, stola, & planeta serica, vel lana, que sint coloris correspondentis officio.

334 Alba, stola, & planeta dicuntur paramenta majora, quorum aliquod voluntarie omittit est mortale. Amictus, cingulum, & manipulus dicuntur paramenta minoria, quorum aliquod omittit est non esse mortale, sed veniale, ob parvitatem materie, Marchesius n. 64. Sed probabilius puto cum Gobat *tom. 1. tr. 3. n. 347. 348.* esse mortale, excepto cingulo; quia eorum omisio notabilem parit deformitatem.

335 Sine aliqua veste ex minoribus potest celebrare Sacerdos necessitatis causa, puta ob necessitatem audiendi sacrum die festo, acquisitionis stipendi, si Sacerdos sit pauper, &c.

336 Ad celebrandum sine aliqua ex majoribus, requiritur major necessitas, videlicet 1. Ad ministrandum viaticum. 2. Ad implendum præceptum naturale divinum de Sacrificio perficiendo. 3. Ad vitandam mortem, nisi

hæc incuteretur in fidei contemptum, quoniam leges humanæ non obligant cum tanto periculo.

337 Sine omnibus autem non licet, nisi ex maxima necessitate, puta ad vitandam mortem, non incusam tamen in fidei contemptum; ut si feroc dux Sacerdotis vestes comparare non valenti minetur mortem, nisi pro anima suæ uxoris celebret, Gobat *t. 1. tr. 4. n. 352.*

338 Ad celebrandum vero cum vestibus minoribus non benedictis minor necessitas sufficit, puta ad audiendum sacrum die festo, &c.

339 Licetum est, aliquoties sine Altari lapideo consecrato celebrare ad implendum præceptum naturale divinum de sacrificio offendente aliquoties, contentum sub primo Præcepto. *Unum solo Deum.* Quod contingit in Regionibus hereticorum, ubi non est liber usus Religionis Catholicæ; quia præceptum naturale divinum aliquoties celebrandi prævalet juri positivo celebrandi supra Altare lapideum consecratum.

340 Imo Marchesius *num. 36.* id pluries in præfatis Regionibus concedit, ex tacito Ecclesiæ consensu, ad fovendum fervorem fidelium Sacrificium expofcentium.

341 Rite autem *num. 130.* negat licere sine omnibus vestibus celebrare ad satisfaciendum præcepto naturali divino aliquoties celebrandi; quia omnium vestium omisio maximam affert deformitatem, & inde irreverentiam ipsi Sacrificio: non sic omisio Altaris lapidei consecrati, cui irreverentia cedit præceptum aliquoties sacrificandi.

342 Copellani in Ecclesiis Monialium non modo possunt, verum etiam tenentur in Missa fite conformare Monialium officio; utantur tamen Missali Romano, Gavanti. Lezana, & Tamb.

343 Requiritur unus saltem minister, qui Sacerdoti circa Altare intersit, qui sub mortali debet esse vir, non femina, ita ut in causa necessitatis potius celebrandum fit sine ministro. Dixi, circa Altare; nam si respondeant in Choro Moniales, nec est conveniens, nec prohibendum.

## DE INTERRUPTIONE.

344 **M**issa quoad partes essentielles, que sunt consecratio panis & vini, & consumptio, non potest sine sacrilegio interrumpi, nisi infort periculum in Sacramentum, aut vitam Sacerdotis, ex incurione hostium, hereticorum, ex terræmotu, incendio, &c. tunc enim potest Sacerdos hoc

nam consecratam fumere, vel secum deferre, si ad vini consecrationem sine dicto periculo perveniri non possit.

345 Quoad partes vero accidentales, & Ritum, Missam interrumpere licet ex gravi, & iusta causa. 1. Ob concionem, ordinationem, communionem populi, & edictorum publicationem, pro quibus extant Rubricæ, & consuetudines. 2. Si ante Canonem Sacerdos recorderet alicujus impedimenti: puta non esse jejunium, esse in mortalibus excommunicatum, &c. & non sit infamia, aut scandalum ex interruptione, v. n. 202. si post Canonem, & præsertim post consecrationem, contrahat, & periciat. 3. Si excommunicatus non toleratus, seu denunciatus, aut publicus persecutor Clerici interesse præsumat, monetur, ut discedat.

346 Quod si discedere renuat, & commode expelli non possit, incidit ille in novam excommunicationem reservatam Papæ, & Sacerdos, si inceptus non sit Canon, ab Altari recedat; si vero sit inceptus, & præsertim si sit peracta consecratio, recedentibus aliis præter ministrum, Sacerdos sacrum perficiat, usque ad summationem, & tunc si excommunicatus iterum monitus non recedat, etiam ipse abeat, & in Sacristia cætera peragat. Ita Layman, qui addit, hæc intelligi debere de Sacrificio Missæ comparatione ejus tantum Altaris, cui excommunicatus præsumit assistere; unde nihil obstat, quod Missa in aliis Altaribus, præsentibus etiam fidelibus, peragatur, *num. 320.*

347 4. Ob supervenientem gravem necessitatem propti corporis, aut spiritualium proximorum, ut si mortuus sit baptizandus, vel absolvendus, tunc Sacerdos ad sacrificium revertens, si consecratio erat facta, incipiat, ubi desierat; similiter, si non erat facta, sed parva mora intercesserit, minor quam unius horæ; si vero longior, vel incipiat ab initio, vel à celebrando desinat, si obligationem celebrandi non habeat.

348 Denum ob adventum Principis, Prælati, aut populi Missam audituri, si alius non sit Sacerdos, & non sit facta oblatio, Sacerdotem posse de novo incipere, putat Laym. cum Navar. sed rectius negat Tamb. quia talis adventus non affert tantam necessitatem, que irriverentiam interruptionis superet; nam illi, cum non sit alia Missa, non tenentur ad audiendam integram. Eadem ratione non potest Sacerdos ob hujusmodi adventum bis eadem die celebrare; *v. num. 316.*

DE DEFECTIBUS IN SACRIFICIO  
MISSÆ OCCURRENTIBUS.

349 Sacerdos ante summationem advertens Saquam, aut acetum consecratam, debet ea mittere in sacrarium, aut alteri sumenda tradere, & vinum cum aqua imponere, ac consecrare.

350 Si id advertit post calicem, aut hostiam summationem, D. Thomas vult, Sacerdotem debere consecrare non tantum vinum, sed etiam novam hostiam, ac si nullam materiam consecrasset, hoc pacto, ut novam hostiam, & vinum offerat oblatione saltem mente concepta, & statim post oblationem incipiat ab illis verbis: *Qui pridie quem pateretur*; & prosequatur solita signa, ac orationes usque ad communionem. Cujus ratio est; quia si non esset ibi hostia consecrata, non verificaretur repetitio verborum, & signorum, quorum quædam sunt non solum circa sanguinem, sed etiam circa corpus.

351 Scotus vero in *4. dist. 8. q. 3. lit. H.* docet, in allato casu sufficere consecrare solum vinum cum aqua sine nova hostia, reliquis omnibus omissis, quæ ante summationem dici, & agi solent; quod ita fieri potest, ut celebrans, quasi accepturus ablutioem, accedat ad cornu Altaris, vinum, & parum aque calicem imponat, ad medium redeat, & offerat, oblatione saltem mentali, immediate consecret, incipiens à *simili modo*, usque ad *hæc quæ respiciuntur*; statim sumat, ablutioem accipiat, & finem Missæ prosequatur; qui modus præsertim in Rubricis Missalis Clem. VIII. de defectu vini, n. 5. Secundus Thomæ, si celebratur in loco privato; Thomæ, si Missa celebratur in loco publico, ubi adsunt auscultantes, ad vitandum scandalum, & conturbationem.

352 In quo casu non officit, quod Sacerdos non sit jejunus; quia præceptum de integre percipiendo sacrificio est majoris obligationis, quam præceptum jejunii naturalis; quoniam hoc est Ecclesiasticum, illud vero Divinum, ex Scoto *cit. lit. D. & F.*

Imo si Sacerdos hujusmodi defectum cognoscit, dum habet in ore aquam, aut acetum illud, non debet illa projicere, sed fumere, quia eset irreverentia, imo periculum projiciendi fragmentum hostiæ sumptæ.

354 Idem pariter est dicendum, si totus sanguis effundatur è calice; & de hostia consecrata, si dispareat, vel si post ejus summationem advertas non esse triticam; tunc enim alia hostia debet recentissimo modo consecrari.

Quod

355 Quod si non possit nisi difficillime alia hostia haberi, sacrum cum una sola specie finias, præmittendo verba, & signa, quæ ad speciem deficientem spectant; nam vitare notabilem offensionem plebis est, si de jure naturæ, integritas vero sacrificii solum de jure divino; adeoque illa est majoris virtutis.

356 Si autem propter ignorantiam, aut animi turbationem, quæ in his casibus accedere solet, defectum non suppleveris, sed Missam terminasti, non debes aliud sacrum perficere, quia tunc non judicatur esse idem, sed aliud sacrificium.

357 In dubio, alio modo est discurrendum nam si dubitas, an sit acetum post calicem summationem, teneas fuisse vinum, quia possidet substantia vini.

358 Idem teneas, si dubites post consecrationem, ne sine certo fundamento turbetur sacrificium, ejusque ordo; quoniam possidet substantia vini. Si dubites ante consecrationem; vel debes deponere rationabiliter dubium, vel vinum mutare, ne periculo non consecrandi te exponas; & tunc si non invenitur aliud vinum, vel non nisi difficillime; si non est incepta consecratio, desistas; si vero est incepta, presumas esse vinum, & prosequere; quia melius est, deposito dubio sacrificium perficere, quam cum dubio incompletam certo pati. Ita Tambur.

Acetum vero illud, si remanserit, vel sumas post summationem sanguinis, vel alicubi reverenter ferves stupa, aut panno lineo imbibitur, donec siccat; & tunc comburi debet, & in sacrarium projici.

359 Quia in hujusmodi defectibus, tam substantialibus, quam non substantialibus subita perturbaciones solent oriri: ea ex Doctoribus sit regula, ut considerata [quantum tempus permittit] gravitate, vel levitate rei quæ deficit, incommodo, scandalo, quod potest oriri, id facias, quod melius videbitur, nec scrupulose te geras: nam quodquid in ea perturbatione bona fide facis, bene coram Deo facis; quia si est error, per bonam fidem, & perturbationem non censetur deliberate factum, ut sit mortale. Ita Tamb. *lib. 2. cap. 5. n. 30. in Meth. cel. Miss.*

360 Si hostia consecrata è manu Sacerdotis in calicem cecidit, & tota sit humefacta, ut frangi non possit, nil est reiterandum; sed fractione relicta, omnia dicit Sacerdos, omitto tamen solita signa supra hostiam, & prosequatur sacrum, quia nil substantiale deficit; ad communionem autem signans è calice dicat, *Corpus, & Sanguis Domini nostri*

*Jesu Christi custodias animam meam in vitam eternam, Amen.* Si vero non fit tota humefacta, fiant omnia solita signa cum residua parte hostiæ non humefacta.

361 Sacerdos, si de hostia grandiori sibi providere non possit, ne eo die, etiam feræ sacrificio privetur, potest licite parva formula uti, quia aque per utramlibet sacrificium perficitur, & nullum de hostia grandiori adest præceptum; solum (si opus sit) monendus est populus de defectu, ad ejus avertendam offensionem.

362 Quod si petas, an liceat Sacerdoti assumere formulam parvam, & hostiam grandior consecrare exponendam, si alia grandior haberi non possit?

Respondendo licere, si Sacerdos in ea Missa consecravit, tam formulam parvam, quam hostiam grandiorum; non licere autem, si formula repetita fuerit consecrata in alia Missa; ratio est, quia Sacerdos communicare debet de eo sacrificio.

363 Si musca, aranea, aut aliud simile ceciderit in calicem ante consecrationem; Sacerdos, si non erit ei nausea, illud extrahat; secus, vinum in sacrarium mittat, & abluo calicem, aliud vinum cum aqua ponat, offerat saltem mente, & consecret.

364 Si vero id acciderit post consecrationem, animal è calice extrahat, & abluat, illudque, & ablutioem apte consecret, ut post sacrificium comburat, & ablutioem cum cineribus in sacrarium projiciat, aut id ministri committeret. Sanguis autem debet sumi, si possit sine periculo vomitus, aut saluris corporis; secus, periculo stante, ut si adit venenum; tunc nanque nullo pacto est sumendum, ne calix vitæ vertatur in mortem; sed vel debet conservari in vase, donec species corumpantur, & inde combustæ mittantur in sacrarium; vel debet exsiccare stupa, lino, aut ipso linteolo, quod habet supra altare, &c. & sic comburi, & cinis mitti in sacrarium.

Sacerdos autem abluo calicem debet novum vinum, & aquam imponere, offerre, & consecrare, ut supra.

365 Item, si ex unius complicitis confessione scias, vinum infectum esse veneno, poteris te à celebrando abstinere; & si es in altari, illud etiam consecratum non fumere, ex Scoto *in 4. dist. 21. q. 2. ad tertium, litt. H.* quem Tamb. & nonnulli sequuntur contra Bonaciam; nam ex jure naturæ tenetur quilibet propriam vitam servare, nec calix vitæ verti debet in mortem; tunc igitur uti poteris modo prætextu, v. gr. ampullam quasi casu è manu frangendam dimittendo, aut alio modo opportuno,

no, qui ex superius dictis, prudentiæ non deficit. Ne inde sigillum confessionis frangitur, quia (ut ait Scotus) tunc non debet reputari revelatum confessionis, nisi id, quod ex natura sua prodit peccatum confessum, cuiusmodi non sunt, ne dixerere à vino, in qua ex confessione scis te esse occidendum, vinum non fumare, ampullam frangere, &c. nam postea ob aliam iustam causam ea agere, etiam si nullus tecum collocutus fuisset, & eaque posset casu independentè à confessione contingere, *num. 370.*

366 Idem die de hostia, si fuerit ab aliquo venenata tacla: est enim in sacratio separatum servanda, donec corruptatur, & in sacrum mittatur, & alia est consecranda, & sumenda.

367 Hostia, & calix à fulmine tacla, venenata censeri vult Gavantius.

## S A N G U I S

368 **S**i congeletur in calice, calix pannis calidis involvatur; quod si non possit, ponatur in aqua ferventi prope altare, donec liquefiat, ita ut intra calicem non intret aqua.

Si vero liquefieri nequeat, aut ignis haberi non possit, digito comminatur, & allumatur.

369 Si vinum congelatur ante consecrationem, debet mutari: quod si aliud liquefactum commode haberi non possit, tunc Sacerdos, si ad Canonem non pervenerit, sacrum omittit, ne inconsucta materia utatur; & si quis est, populum de defectu moneat ad ejus offensionem vitandam. Si vero incipit sit Canon, profectatur (ait Tamb.) quia Canone incipit censetur incertum substantialiter sacrum, nam probabilis est tale vinum esse aptam materiam consecrationis, ut ex natura sua potabile. Ita Tamb. At dico, quod sacrum committit, uti notius, *de sacra. num. 189. & in totum. l. num. 85.*

370 Aqua vero congelata pro certo non est apta materia baptismi, quia non potest facere lotionem, quæ est ejus materia proxima.

371 Si sanguis cadat in tabulam, quæ terræ adhæret, tabula lingua lambatur, & radatur. Si in terram, radatur; semper autem quod abraditur, debet comburi, & cineres debent in sacrum mitti. Si supra lapidem altaris, sanguis sorbeat in celebrante, lapis lavetur, & ablutio in sacrum mittatur. Si supra linteam, aut corporale, ter supra calicem lavetur, & ablutio aut sumatur, aut in sacrum projiciatur. Idem fiat, si supra tapetum pedibus subtratum; & tunc non est obligatio eas partes comburendi.

372 Poenitentia autem in his casibus à sa-

cris Canonibus impostæ non sunt in usu, sed hujusmodi negligentes debent à Superiore puniri.

## H O S T I A,

373 **A**ut fragmentum, si cadat in terram, lignum, aut aliud simile solidum, accipiatur, locus ablutione cum spongia mundetur, aliquantulum abradatur, & lotio, & abrasio in sacrum mittatur.

374 Si cadat in mappam, quodlibet linteam, pannum, &c. illud lavetur, & lotio in sacrum mittatur.

375 Lotio ex casu sacræ hostiæ fieri potest à Clerico, vel Sacrista. Lotio vero ex effusione sanguinis non nisi à Sacerdote, & in ejus defectu à Diacono.

376 Si fragmentum cadat in partes interiores vestis mulieris, mulier ipsa modeste curet invenire, & supra eandem vestem Sacerdoti porrigat, vel ipsa propriis digitis accipiat, in pyxidem mittat, digitos laver, & lotionem in sacrum projiciat. Quod si non inveniat, Sacerdos fragmentum Deo commendat, & sacrum profectatur. Si vero cadat supra pectus mulieris, mulier ipsa modeste laver. In quibus, & similibus casibus prudenter Tamburin. advertit, melius esse vitare turbationes fidelium, quam rubricarum apicem ejusmodi cautelas precipientem observare; casus namque, in quo adest fidelium turbatio, est à rubricis exceptus.

377 Hinc (ait idem) si solus Sacerdos parvi fragmenti casum advertit, & probabiliter prævidet notabilem mulieris turbationem, aut scandalum offensionem [quod quidem regulariter adest] si de fragmenti casu mulier advertatur, nil dicat Sacerdos, sed id Deo commendat.

378 Si Sacerdos hostiam evomat, & species integræ appareant, si non sit nausea, fumantur; secus, in loco sacro conserventur, donec siccetur, & corruptantur, & tunc corruptæ sunt comburendæ, & cineres in sacrum mittendi; si vero species non appareant, & corruptæ judicentur, totus vomitus comburatur, & cineres in sacrum projiciantur.

379 Demum si Sacerdos post summptionem advertat, species à se sumptas fuisse insectas veneno, tunc solum potest licite vomitum provocare, & ut supra se gerere.

380 Quod si Sacerdos deficiat, dum Sacrificat, tunc si id ante consecrationem contingat, relinquendum est sacrificium, quia

380

non est substantialiter inchoatum; si vero post consecrationem, etiam solus panis, tunc vel eodem die, etiam post sex, aut septem horas, vel sequenti die debet sacrificium perfici ab aliquo Sacerdote, qui hostiam dividat, & Sacerdoti deficienti, si non obierit, sed infirmus fuerit, & communicare poterit, unam partem sumendam tradat.

## C A S U S.

381 *Dum Sacra Moniales communionem suscipiunt, subitaneus ventus plures particulas de sacra pyxide rapuit, & per ostium intras Capellam interiorem sparsit, Quid agendum?*

**R**esp. Tunc Sacerdos, animo sibi dato, pyxidem claudat, & statim curet, ut particulae ab ipsis sacris Virginibus, etiam propriis digitis, accipiantur, & intra pyxidem reponantur. Ut fumantur propria lingua ab aliis, si alia sint communicantur. Vel omnes ab eadem, quæ communicavit, fumantur, si alia non sint, & priores duo modi commode praticari non possunt, maxime si sint sparsa fragmenta. Deinde eandem pavementum spongiam lavent: ut in *num. 376.*

Agunt de Sacrif. Missæ, Scotus *quod. 20. in 4. 45. q. 2. lit. L. dist. 17. q. 2. M. Mallius disp. 9. q. 3. art. 4. & 5. Leander de Sacram. tr. 7. & 8. Joan la Cruz pag. 351. Tambur. in Meth. Cel. Missæ, Atledkian *tom. 2. pag. 256. Gobat tom. 1. re. 3. Ant. à Spir. S. de Sacram. tr. 7. Fagnanus lib. 3. Fench. Mendo, Alloza ver. Missæ.**

## FORMULA DIMISSORIARUM PRO REGULARIIS.

382 *Qua pluries usus sum, in qua prædicatur doctrina tradita, num. 29. 30. 34. 35. & 84.*

**F**R. NN. Ordinis NN. Dilectio Nobis in Christo Jesu facti NN. salutem.

**A**D Excelsam Presbyteratus Ordinem eos Religiosos promovere munus nostrum ratio exposcit, quos laudabiliter, & devote in inferioribus iam constitutos, veratos fuisse novimus. Propterea Tibi præmemorato N. N. in saculo nuncupato N. N. [etate legitima prædita] vel [si ad id dispensatio super etate] cui de benignitate Apostolica, ob eximiam tui devotionem, & nostræ Ecclesiæ necessitatem, per breve datum Romæ die... Mensis... Anno... fuit dispensatum per tredecim menses super etate à Sacro Conc. Trid. requisita, nullo Canonico impedimento interdicto; Sacro Diaconatus Ordine insignito, in susceptis Ordinibus exercitato, probis, honestisque moribus, ac litteraria disciplina condecorato, ceterisque per Trident. Concilii sanctiones, Summorumque Pontificum decreta requisitis exornato; atque Exercitii spiritualibus [testimonio Nobis facto] jam peractis; Præsentium virtute cum salutaris obedientiæ merito facultatem elargimur, ut ad Illustrissimum, & Reverendissimum N. Episcopum [in cujus Diocesi de familia commoraris] & eo ordinationem non habente, ad quemlibet alium Antifilem accedere valeas, Sacro Presbyteratus Ordine decorandus, ipsi quoque obnixè rogamus, ut tecum super interstitiis ob nostræ Ecclesiæ necessitatem dispensare dignetur. Vale. Et Angelus Domini sit in itinere tuo. Datum, &c.

383 Hinc habes, Prælatum regularem debere primo loco suum subditum ad Episcopum Diocesinum mittere, in cujus Diocesi de familia commoratur; vel ad Episcopum viciniorum, si erit in loco nullius Diocesis; & eo absente, aut ordinationem non habente tunc potest ad quemcumque alium Episcopum suum subditum mittere. Hæc sunt dispositio à S. Cong. Conc. die 15. Martii 1506. & die 11. Junii 1638. juxta mentem Trid. *sess. 23. de ref. cap. 8.* quæ decreta refert P. Anguill. Matthauci in *Offic. Curie ver. Ordines à num. 4.*